Ex Bibliotheca MARIANA
Congregationis Oratorii Oliſi-
ponenſis.
Lit. Num.

1492

5

Esta obra está regis-
tada na f. 184 da Caderneta
481 da lápis preta.

22-Fev. 1961

O Conserv.dor Natália Correia Carvalho

3793 3819

# Corona miſtica beate marie virginis glorioſe



ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO
ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO

INC
1532



# Prologus ſup deuotiſſimo trac tatu corone miſtice dei genitricis ſemp virginis Marie feliciter in- cipit

Corona aurea ſuper caput eius expreſſa ſigno ſanctita tis. Eccl'aſ. xlv; Glorioſe vir ginis imperatoriam maieſ tatem omniũ virtutũ glo ria et honore decoratã: mar garitis omniũ cariſmatũ adornatam: ſapi entie ⁊ ſcientie fulgore illuſtratam laudare benedicere ⁊ predicare docent ſcripture: hor tantur creature: monent figure. penes oẽs ſcientie theologice ſacre pagine. Ad hoc eti am incitamur: p ſigna mirifica. p oracula de celo lapſa: per occulta miſteria: per doctri nam propheticam: per ſignificationem mi ſticam: per lectionem euãgelicam: per apoſ tolicam tubam. Jam enim laudant eã celi celorum: ſol et luna: ſtelle: ⁊ lumen: totus or bis terrarũ. chori et legiones angelorum: ⁊ om nes phalãges ſpirituũ ſupernorum Quapropter

ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO

ter ſpiritu ſancto inſpirati: ſancti dei homi-
nes ex omni natione que ſub celo eſt: conati
ſunt illam extollere mirandis laudibus: de-
auratis eloquijs. ſermonibus rutilantibus
et preclaris. Ego vero cui tam opulenter ac
ſplendide non ſunt data dona cariſmatum
illum ex infuſa ſcintillula rutilabo. Vel pro
poſſe vermulam demonſtrabo: ne ingratꝰ
inueniar ab vbertate eiꝰ miſericordie degu-
ſtata. ¶ Vt autem iuxta verbum preliba
tum eius ſanctiſſimꝰ vertex ornatu ampli-
ori refulgeat: impono illi quādam coronam
auream duodecim lapidibus precioſis inſig
nitam: ſex preclaris luminaribus ſplendidā.
ſex floſculis pulcherrimis odoriferam ⁊ om
ni ſuauitate reſperſam

Ordo autē ſituationis hāc ſeriem ꝯtinebit
¶ In primo loco inſeram topaſium: In ſe-
cūdo loco lucanū. In tercio ſardiū. in quar
to lilium: In quinto calcedonium In ſexto
arcuriū. In ſeptimo ſaphirium: In octauo
crocum. In nono achatem. In decimo ſpdꝰ
marinū/ In vndecimo iaſpidē In duodeci-
mo roſam. In xiij. carbūculū. In deciōq̄rto

ſolem. In decimo quīto ſmaragdū In deciō
ſexto violam: In decimoſeptimo amectiſtū:
In decimooctauo lunam: In decimonono
criſolitum. In xx. ſolſequium In xxi. criſo
paſſum: In xxij. orionam. In xxiij. berillū:
In viceſimoquarto camomillam. ¶ Vt ex
tam precioſis lapidibus: q̄ ex luminaribus
fulgentibus: q̄ etiam ex decoris florib⁹ coro-
na inſignius nobilitetur: pulchrificetur et
decoretur: ⁊ a domina noſtra placētius ⁊
gaudentius acceptetur.

Verum vt ad hanc dignius offerendā co-
ronam prefulgidam accuratior quiſq; red-
datur: In primis breuiter annotantur fru-
ctus quidam ſeu preuilegia a quibus virgi-
nem deiferam excolētes: ſalubriter nume-
rantur: ſub numero quidē xxiiij. quemad-
modum et ipſius glorioſe v̄ginis corona di-
gniſſima totidem priuilegijs adornatur

Primus itaq; fructus ſeu primum priuile-
gium ſeruitorum virginis marie regine ce
lorum eſt: Maria ſibi ſeruientes a duricia
cordis ⁊ obſtinatione liberat: Secundus
itaq; fructus eſt. q̄ beata maria errātes ad

agnitionem veritatis ꝛ verã pñiam revo-
cat iij. Maria vicia extiguit ꝛ pctõꝝ remiſ
ſionẽ impetrat. iiij. Maria irã altiſſimi
ne vindicet mitigat v. Maria ad odium
peccati mortal' ꝛ immundicie ſpũal' excitat
vj. Maria luxurioſis ꝯtinentiã obtinet: ꝛ
ad cordis mũdiciam ſtimulat vij. Maria
ꝯtra demones: ne noceant potent' defenſat:
Viij. Maria temptatos ne ꝯſentiãt robo-
rat ix. Maria timidos ꝛ pieclitatos ne ſuc
cumbant: manũ porrigẽdo ſuſtentat x.
Maria paupes ꝛ tribulatos vt pia mat' ꝯ-
ſolãdo cõfortat xj. Maria infirmis ꝛ de
bilibus medicat': eoſqꝫ relevat xij Maria
vanitati deditos ad contemptũ mũdi ꝛ vi-
tam celibẽ provocat xiij. Maria devotis
internũ ꝛ nonnũqꝫ celeſte gaudiũ guſtã
dum propinat xiiij. Maria donũ clemẽtie
ꝛ miſericordie erga proximum donat xv.
Maria intellectum ad bñ vivendũ docet:
et illuminat xvi. Maria bñ viventes ad
grãm proficiendi in v̄tutib⁹ ſublimat xvij
Qd homo deſponſetur a chriſto ſi mulier ē:
vel ab ipſa maria ſi vir eſt: maria facit ꝛ or

dinat: xviij. Maria mente famelicos et
ſitibundos fructu ventris ſui nutrit ꝛ refo
cillat xix. Contra indeuotionem ꝛ aridi-
tatem in oratione maria ſolatiū affert ꝛ iu
uat xx. Ab ingreſſu purgatorij maria ſe
pe preſeruat: xxi. defunctos a purgatorio
maria miſericorditer relaxat xxij. Grām
ſancte moriendi ꝛ ſacramēta pcipiendi ma
ria procurat: xxiij Morientib⁹ in agone
demones pellēdo maria pūtialit auxilium
baiulat xxiiij. Maria poſt mortem pmio
ſingulari coronat Et ſumūtur hūioꝫ fru
ctus ac priuilegia ex dictis venerabiliū do-
ctoꝝ: vtpote auguſtini jeronimi Ambroſij:
bernardi Damaſceni. anſelmi: ꝛ alioꝝ. iūc-
tis etiam q̄pluriimis veris exēplis tam in
ſpeculo exēploꝝ glorioſe virginis q̄ꝫ in libro
miraculoꝝ in pſalterij ſeu roſarij contentis
necnon in compēdio deuoti magiſtri Ala-
ni ꝛc. Verumtū ſciendū: q̄ non omnes glo
rioſe huic ꝛ ſuperbenedicte v̓gini famulan
tes fructus memoratos indifferenter conſe
quūtur/nec equale premiū ſortiuntur: ſed
ſinguli pro captu ſuo, ꝛ prout mūdinos ſe ac

dignius preparauerunt: ſolertius quoqꝫ ⁊ fi-
delius ſe regine celeſtis obſequio mancipa-
runt: largiſſime premiantur: Quo circa vi-
deatur habitudo ac diligencia ſeruientiū:
in curijs regum ⁊ principum terrenorum.
qui etſi diuerſis incumbant exercitijs ⁊ of-
ficijs: ſinguli tamen curie libertate fruant
ac priuilegijs: e quibus plurimi varijs ſtatui
ſuo condecentibus militant ſtipendijs: nō-
nulli etiam in obſequendo fideliores inuen-
ti vel in aduerſis probati vel magnopere ſe
quibuſuis arduis pro ſuo domino impēdē-
tes precioſis ſolent dotari muneribus: ⁊ ob
hoc nimirū ad regem propinquiꝰ introdu-
ci Quo ſane attento: ſatagere debēt omnes
marie famulantes: eandem in hac ſua qua
inſignitur corona ſplēdifera prout poterūt
efferre ac laudare. quatenꝰ fructus conſeq̄
valeant ſupradictos: ſitqꝫ finis laudis huiꝰ
temporalis principium laudis perpetue in ce
leſti patria. annuente hac noſtra mediatri
ce pijſſima: nā liberalis eſt miſericors ⁊ ſal-
uifica Vt de ea dicat ille diuus Auguſtinꝰ:
Scio me non poſſe perire: pre pietate marie.

Hac equidem mediante deus omnipotens hominib⁹ dona sue largitur gracie: Nec ei minus ỹmo magis placet obsequiũ sue matri digniſſime impenſum q̃ꝫ ſibi. Vt teſtantur doctores deuoti. Quiſquis autẽ dictis indulgentijs gratijs et priuilegijs gaudere cupiuerit aut earũdem particeps fieri voluerit: Huic corone tipice indices aliquid apponere conetur multum paruũue iuxta exigẽtiam ſtatus conditionis ꝛ deuotionis prout deus in corde cuiuſuis deſtinauerit Saltem florem ſtellã aut margaretam quoad dicta corona vndiqꝫ ꝑficiatur. qua perfecta: denuo exordiatur iuxta modũ ꝛ formã ſubſequentes. Verum cũ non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris: hinc vt chriſto et marie hoc ſequens ſit acceptũ ſeruitiũ. vt in virtutib⁹ ſe q̃lqꝫ ſcd̃m poſſe ſuũ exerceat: valde neceſſe eſt. precipue in humilitate obedientia: ſobrietate: caſtitate: pietate modeſtia: paciencia ꝛ cetera

Explicit prologus





¶ Sequitur corona miſtica glorioſiſſime v̾ginis dei genitricis marie. Et primo pñtacio ſeu pollicitatio eiuſdem corone

IN deſiderio aĩe mee: in gaudio ſpiritus ſancti: in charitate non ficta: in v̾bo veritatis te cupio extollere: te laudare: te bñdicere virgo ſole ſpecioſior: aſpctũ pulchrior: fide ⁊ grã vernantior: cum ſis pulchra ⁊ ſerena clara fulgens ⁊ amena: amabilis ⁊ gracioſa: grata. redolens velut roſa. Verum tanta eſt dignitas tua et excellentia: ſi ad laudandũ et glorificandum te linguis hominũ loquerer ⁊ angelorum: ⁊ noſcerem omnia archana miſterioꝝ: haberemq̃ omnem ſcientiã ſcripturaꝝ. prius deficeret mihi virtus et potentia: q̃ tuoꝝ preconioꝝ exordij forent explicita ad liquidum elementa. Tu eñ es incõparabilis cunctis mulierib⁹: in pulchritudine: in decore ⁊ in elegantia. clarior omnib⁹ hominib⁹ in virtute gratia et ſapiẽtia. glorioſior angelis in eminentia dignitatis. in excellentia ſanctitatis: in adeptione glorie ⁊ honoris. Exaltata ſiquidem ſuper choros ã-

gelorum. ſup thronos apoſtoloꝝ et propheta
rum: omniūqꝫ ciuiū ſupernoꝝ. ad dexterā
amātiſſimi filij tui coronata reſides. vbi tu-
a merita recitantur. tua ꝑconia glorioſe ex-
tolluntur: tue laudes ⁊ prerogatiue venera
biliter et deuotiſſime ab omnibus predican
tur. Quid igitur ego miſer peccator addere
poſſum ad tam ineffabilia: Sed ad hoc tan
tū hic ſtillus ducitur: vt tue laudis ibi ſtil-
la aliqua digeratur. Corona hec quam tibi
domina polliceor merito debet eſſe aurea: Nā
vt aurū excellit omne gen⁹ metalloꝝ: ſic tu
domina in celo ⁊ in terra ſuper omēs obti-
nes principatū. tibiqꝫ omē genu curuatur
celeſtiū terreſtrium ⁊ infernoꝝ: Et omnis
lingua confitetur. ꝙ mater dn̄i noſtri ihe-
ſu chriſti in gloria es dei patris: amicta ſole
ſicut veſtimento: coronata cereo ſplēdifero:
duodecim ſtellaꝝ gloria ⁊ ſplēdore decorato:
Et ſicut aurū eſt claritate conſpicuū ⁊ for-
ma decoꝝ: ſic tu domina es ſanctitate clariſ
ſima. virtutibus ⁊ miraculis fulgētiſſima:
preclaris meritis radiantiſſima: mēte ⁊ cor
pore formoſa ⁊ decora. Ergo regia ſole indu-

ta duodecim ſtellis coronata: in celis exalta-
ta cum ſis pia et viſcerosiſſ. maris ſtella ſe-
renior: vide hoſtilia iacula quib9 confodior:
aſpice dolores quibus excrucior/cerne temp
tationes quibus illidor: ne diu hoſtis ſeuiat
ne proteruiat: ne proſternat: ne ſubiciat: dex
tera tua ipſum deijciat: infernus degluciat
Et ne in morte in me caliget oculus fidei: tūc
mihi refulgeat radius tue claritatis: dū cor
pus necat mors dira et aſpera: & mentem
turbant mala preterita. unde contremiſcit
tota conſcientia: aſſiſtat nobis tua preſen-
tia: Et ne turbemur ab aduerſarijs defen-
de nos tuis preſidijs Sic quoqȝ liberi a pec-
catis et malis omnib9 tranſeamus cum ſpe
ſancte reſurrectiōis: ad gloriam ꝑpetue cla-
ritatis: Amen

Sequitur ordo ſituationis lapidum ſtel
larum et florum.

In primo loco ſituatur topazius





Omniū gratiarꝫ virgo plena: tota
clara ⁊ ſerena: ſanctū ⁊ benedic-
tum reclinatorium aureum ⁊ ꝑ-
lucidum. in decorem ⁊ gloriam di
filio coaptatum: ad laudem ⁊ gloriam tue
excellētie in primo loco tue corone inclite af-
figo lapidem topazium ſplendorem omniū
lapidum ſuperantē: Qui bene ad ornatum
tue nobilis corone pertinet: eo ꝙ tu domina
dulciſſima vt cunctas feminas vincis pul-
chritudine carnis: ſic etiam omēs ſanctos ⁊
angelos ſuperas excellentia ſanctitatis Nā
omnis vita tua cunctis extitit ſanctitatis
⁊ perfectionis exemplar: ⁊ morū diſciplina
regularis: Si in fide aliq̄ commendatur:
quis in illa te locupletior: Si in ſpe. quis lō-
ganimior: Si in charitate. quis feruentior
Si in religioſitate. q̄s honeſtior: Quis ſtu-
dioſior in lectione. quis deuotior in oratiōe:
quis ſubtilior in contemplatione: quis viſ-
ceroſior in pietate: quis manſuetior in leni-
tate: quis purior in charitate: quis mūdior
in virginitate: quis ſalubrior in temperan-
tia: quis copioſior in ſciētia: quis equior in

iuſticia: quis fortior contra aduerſa: Quis ſanctus vel ãgelus diuina archana profun dius penetrauit: Quis copioſius ⁊ largius diuinam gratiam ad ſe traxit: Quis altiſ‑ ſimam ⁊ ſummam maieſtatem limpidius et clarius contemplatus eſt: Merito ergo domina in ornamento tui capitis obtines topazium: omnibus lapidibus ſplendidio‑ rem ⁊ preſtantiorem: quia tu õnes ſanctos ⁊ angelos ſuperas. in pulchritudine virtu‑ tum: in ſplendore chariſmatum. et in coro‑ nis meritorum. Idcirco propter omniũ bo‑ norum quam poſſides plenitudinem ⁊ to‑ tius miſericordie effluentiſſimam uberta‑ tem. peccatores trahis ad veniam: Iuſtos ducis ad coronam incorruptam. Tu domi‑ na mũdi: regina celi. ſeruitutem noſtram ademiſti: libertatem reſtituiſti: mortẽ ſub tuliſti: vitã donaſti. dum ſaluatorẽ noſtrũ dei filium peperiſti. Tu domina in anguſ‑ tijs nos recreas. in aduerſis nos confortas: in infirmitatibus nos corroboras: in morte liberas: a demonib⁹ nos eripis: a morte p‑

petua nos ſubtrahis: paradiſi ianuā nobis
pandis: et redemptori noſtro nos coniūgis.
Tu mater indulgentie ligata ſoluis: ſoluta
reſeras: aduerſa mitigas. cōtrita ſanas: re-
os ſoluis: reficis delinquētes. lapſos releuas
recreas deſperatos: honorem renouas: fidu
ciam reformas: vires gratiāq; refundis Tu
indignationem cōpeſcis. amiſſam heredi-
tatem reſtituis: nos ſeparas a diabolo: pu-
rificas a peccato: recōſiliao deo: O igitur vir-
go digniſſima mater dei ſanctiſſima: regi
na fulgentiſſima: angelorum gratulatio: pa-
triarcharum exultatio: prophetarum leticia: apoſ
tolorū gaudiū. martyrum ſuauitas: confeſſorum
dulcor. virginū armonia: pias aures ad me
flecte. Illos tuos miſericordes oculos ad me
cōuerte: cecus ſum lucem infunde: infirmus
ſum ſalutem tribue. mortuus ſum viuifi-
ca me: Tuo enim aſpectu melliſlus letificā-
tur gemebūdi: tuo tactu leniſſimo ſanant
infirmi: tuo odore roſeo mortui reuiuiſcūt.
et omnia bona que fiūt in celo et in terra tu
is meritis donantur vel tuis precibus obtinē
tur. Reſpice igitur dn̄a hūc peccatorem mi

ſeruum peccatis tenebroſum: multis miſeri-
is circumdatum. Per te virgo ſanctiſſima
mea vincula diſrumpantur: mea vicia di-
luantur. mea debita remittantur: mea di-
rupta reparentur. mea confracta ſolidẽtur
mea perdita reſtaurẽtur: mea vetera reno-
uentur: mea imperfecta perficiantur. Per
gratiam tuam mundetur cor: mens reſplẽ-
deat: animus inflammetur. liqueſcat pec-
tus: dulceſcat guſtus: aſpect⁹ decoretur Ad-
iuua me lucerna per quam illuminor. dul-
cedo per quam reficior. virtus per quã con-
ſolidor: fortitudo per quam ſuſtentor. Lon-
ge fac a me verbum iniquũ et doloſum: co-
gitatum malignũ: opus nephariũ. Grã
tua totam dirigat vitam meam: preſentia
tua illuſtret mortem meã: miſericordia tua
me perducat ad gloriam eternam. amen

Lucanũ ſydus in ſcdo loco ſituatur

O Tu igitur virgo preclara felix celi
porta. amenitas padiſi ãgelorũ do
mina. regina mũdi. ſcõꝝ leticia.
aduocata credẽtiũ: pugnãtiũ for
titudo: errãtiũ reuocaꝰ: penitẽtiũ medicina.





Ad laudem ⁊ gloriam tue imperialis maieſtatis in ſecundo loco tue corone glorioſe affigo lucanū. Eſt autem lucanus corpus ſpericum ⁊ rotundū: clarum ⁊ lucidū: pulchrū ⁊ gracioſum. que oīa ſanctiſſima virgo tibi valde bene conueniūt. Idcirco in corona tua merito debet ſituari in forma circulari ⁊ rotunda: per quā eternitas deſignatur non hñs principiū neq; finem: Nam licet tu dña eſſe ceperis ex tpe: coram deo quodāmodo eterna extitiſti: eo q a ſumma maieſtate fuiſti eternalr̄ preordinata. ⁊ ante ſc̄la preſcita ⁊ predeſtinata: ⁊ ante mūdi conſtitutionem in matrem dei electa ſancta ⁊ immaculata: vt per te dtus nobis ſuam pacē de celis mitteret. gen⁹ humanū redimeret: ruinam āgelicam repararet: vinctos de inferni clauſtris reduceret: ⁊ celi ianuam reſeraret. Fuiſti etiā clara operibus ſanctis: clarior ſalutarib⁹ exemplis clariſſima meritis glorioſis Coram deo ⁊ hominib⁹ fuiſti amabilis ⁊ grata: ſuper decorem mulierum gracioſiſſima: ſuper pulchritudinē angelorum elegantiſſima O q̄z magna es in me-

ritis glorioſa mater dei: O quanta eſt dul-
cedo pietatis ⁊ miſericordie tue: Terreſtria
reparas: celeſtia reſtauras: pina ſūmis cō-
ſederas. ⁊ omnibꝰ ad te clamantibꝰ miſeri-
corditer gratiam adminiſtras: Idcirco qui
miſericordia indiget accedat ad te: ⁊ tua viſ
cera inueniet miſericordia redūdare: Qui
ex contrarie partis impulſa in fide dubitat
reſpiciat ad te. et qđ erat titubans ſolide ſta
bilitur. Qui per carnis cōcupiſcentiam ob
lectatur tuam gratiam inuocet. ⁊ periculū
caſtitatis auferetur Qui ſuperbia ⁊ elatio-
ne in mente pulſatur: in te vertat intuitū·
et de merito tue humilitatis tumor animi
detumeſcit. Qui iracūdie facibus eſt accē-
ſus: oculos leuet ad te. ⁊ de tua tranquillita
te miteſcet. Qui de via vite per errorem ab-
ductus fuerit: ad te ſtellam maris reſpiciat
⁊ in luce tua ad veritatis ſemitam reducetᷣ
Ad omne periculum pietas tua ſubuenit ⁊
potens eſt ſubuenire Et merito quidem cū
ſis mater dei: regina mūdi: celoꝝ imꝑatrix
ſponſa ſpiritus ſancti. Tu eni facis in chriſ
to manere ac iugiter deo viuere ⁊ ad diuīa

premia puenire. Tu in eternitate dei uiges:
in veritate dei luces. in bonitate dei gaudes
Tu ſegregatos a vicijs reddis grati. ⁊ eos
ſocias ſanctitati: fugas ſcelera: viciatas
reddis innocētiā lapſis: meſtis leticiam: fu
gas odia. paras concordiam: Tu bella com-
peſcis: iras comprimis: ſuperbos calcas. hu-
miles amas. diſcordes federas. inimicos cō
cordas. p̄ſentes ſocias. abſentes inuitas. ter
rena celeſtib⁹ ⁊ diuinis p̄ma concilias: Tu
peperiſti deum celi: regem terre: orbis dn̄m:
reparatorem mūdi: mortificatorem mortis.
redditorem vite: perpetuitatis actorem: nec
ipſum concipiendo ſenſiſti libidinē: nec pa-
riendo dolorem: Quapropter cum omniū
bonoꝝ poſt deum ſis cauſa: te affectiet deſi
dero laudare: tuam pulchritudinen ama-
re: tuam beatitudinem venerari: tuam cel
ſitudinem glorificare: tuā benignitatē dep̄
cari: Lucem igit̄ miſerationū tuaꝝ ſuꝑ me
infunde. vt aiā mea peccatis ſordide gratia
tua ſit diluta: tua gloria illuſtrata: tuo dul-
core indulcata: tuo amore īflammata. tua
protectione conſeruata. Partus tuus vir-

ginens ⁊ deificus me captiuū redimat: me egrum ſanet: me cecū illuminet: me moꝛtuum ſuſcitet. ⁊ ab omī peccato ⁊ periculo me muniat ⁊ preſeruet. Domina mea quā honoꝛabo: dulcedo mea quam amabo. regina mea quā reuerebor. ſponſa mea cui me ſeruabo: Gratiam tui aſpectus ſuper me conuerte: vt in decoꝛe tuo videā lucē ⁊ vitem tenebꝛas. videam veritatē ⁊ deuitem vanitatem. videam vitam et deuitem moꝛtem Et cum ſis omniū gratiaꝝ pleniſſima: interioꝛa mea ab omni immūdicia dilue: coꝛ meum templū dei perfice. tuo ſemper ſcō amore illud reple vt te amando deſiderem: deſiderando te queram. te querendo inueniam inueniendo amplectar ⁊ teneā: ⁊ in te ſuauiter requieſcam. Amen

Sardius lapis in tercio loco





Virgo mater pietatis thronꝰ ſum-
me maieſtatis. cui debuit āgelorꝫ
ꝛ hoim̄ natura: quā collaudat ō-
nis creatura: ad cuius nutū hu-
meſcunt arida: recaleſcunt frigida. reuiuiſ
cunt mortua. cuius vita nil ſanctius: cuiꝰ
conſciencia nil purius: cuiꝰ oculis nil beati
us. cuius amore nil honeſtiꝰ. cuiꝰ amplexu
nil caſtius. cuius dote nil vtilius. cuiꝰ prole
nil felicius: Ideo ego peccator in te tanta cō
ſpiciens: tibi deſiderans complacere ꝛ quo-
dāmodo applaudere. vt tua corona adhuc
refulgeat inſigniꝰ: in tercio eius loco colloco
ſardium lapidem precioſum. ſplendore pur
pures decoratum. Sardius igitur rubicū
do ſplendore tuam illuſtrat coronam nobi-
lem. cum ſpiritale martyrium colorat ꝛ pur
purat tuam mentem. Cū enim amātiſſi-
mus filiꝰ tuus tue v̄ginitatis ſponſus vni-
cus flagellis ceditur: ſputis illuditur: obpro
brijs laceſſitur: contumelijs fatigatur: illu-
ſionibꝰ dehoneſtatur: ſpinis pūgentibꝰ co-
ronatur. cū clauis affigitur. felle ꝛ aceto po
tatur: in latere lācea perforatur. tota effice-

ris deſolata: omni merore cõfecta: omni do-
lore cruciaris. omni cruciatu torqueris: om
ni acerbitate amaricaris: vulneraris i mẽ-
te: tranſlancearis in aĩa: iacularis in corde
cõfoderis in pectore: martirialiqꝫ gladio in
viſceribꝰ totaliter iugularis Sed nunc gau
de domina: quia quem vidiſti morientẽ in
terris: nũc conſpicis regnantem in celis. te-
qꝫ dolorꝫ ſuorꝫ participem nunc ſue glorie et
gaudij facit conſortem: donans tibi honorẽ
perhennem. vt tibi omne genu flectatur: et
omnis lingua confiteatur tanq̃ matri dei
et ſponſe ſpiritus ſancti: filieqꝫ amãtiſſimi
dei patris: que ſedes a dexteris regis eterni:
vt regina clariſſima gloria ꝛ honore corona
ta: in veſtitu deaurato: mirabili varietate
circumdata. omniũ angelorum et ſanctorũ
concentu et armonia excellentiſſime collau
data: Unde et de vtroqꝫ ſcilicet de dolore
mortis filij et de ineffabili gloria qua nunc
letaris in celis: quidam hijs verbis te cona-
tur modo aliquo demulcere

Aue maria virgo delibata comparata li-
lio. Enſe crucis iugulata tranſfixaqꝫ gla-

dio. Sed reſurgente filio: tota ſis exhilarata
triſticiaq; ſugata cumulato gaudio Nūc
in celis exaltata: reſides in ſolio Solariq;
pallio condecēter adornata Claris ſtellis co-
ronata: nobili tripudio Virginum collegio
reuerenter congirata Omniūq; iubilo in
eternū collaudata ¶Merito igitur clemē
tiſſima domina ab omnibus es laudanda
et glorificanda: cum omnibus cōferas gra-
tiam: nemini q; exaggeres penam Tu eīm
cōferes terris pacem. celis gloriam: ſalutem
perditis: vitam mortuis Regis proſpera. re
pellis aduerſa: vicia extinguis: virtutes ſuc
cendis: reddis caſta corpora: corda pura: pa
cem mēbris: mentibus das quietem. fidem
gentibus: vite ordinem: moribus diſciplinā
Tu namq; domina es admirabilis: ſingu-
lari virginitate amabilis: ſalutifera fecun-
ditate. venerabilis ineſtimabili ſanctitate.
Tu viſibilem mūdo ſuum exhibuiſti crea-
torem Tu genuiſti mundo reſtauratorem
Tu peperiſti mūdo recōciliatorem: tu obtu-
liſti mundo dominū et ſaluatorem. Tu es
diuinis et angelicis preconijs predita: ſcā

mente ꝛ corpe permanēs multis donoꝝ pri-
uilegijs ſublimata: Cū ſenatoribus celi in-
fra curiā paradiſi ↄuerſata. ſub ſpiritus ſan-
cti diſciplina ꝛ magiſterio toti⁹ diuinitatis
informata. ỽtute altiſſimi obūbrata. ſaluti
fero rore ſpūs ſci fecūdata ꝛ impꝛegnata. Tu
exēplar es cōtinētie ꝛ caſtitatis: tu es forma
perfecte integritatis. tu precellis cunctis. tu
ſupereminens uniuerſis: tu virgo ſcā: virgo ſo
bria ỽgo deuota: ſingularis integritate. ex-
cellens dignitate: cōcepiſti ſaluo pudore: pe-
periſti ſine dolore. Tu vitam ꝛ lucem hoīm
genuiſti. tu virgo deum de ſpū ſcō cōcepiſti
quem illibata peperiſti: tu virgo ſpecioſa ꝑ
filiab⁹ hoīm: ſpecioſus forma pre filijs hoīm
caſtis uiſcerib⁹ ↄcepiſti: nobiſqꝫ ipſum con-
tuliſti. Cū igitur ſis mater dei clemētiſſi-
ma dulciſſima ſapientiſſima potētiſſima:
miſerere mei in die tribulationis ꝛ neceſſi-
tatis mee. reſpice inimicos meos quoniam
multiplicati ſunt: et odio iniquo perſecuti
ſunt me: animā meam corruperūt: uulne-
rauerūt. conſtuprauerūt. ſub pedibus ſuis
conculcauerunt. Heconſilia me dña creato

ri meo: quē carne tua ſancta induiſti. Red
de me deo meo: quem in vtero tuo baiulaſti
pacifica me ſaluatori meo quem lacte virgi
neo nutriſti: vt per tua ſancta merita gra-
tia ipſius viſitatus: miſericordia ſuſcitatꝰ.
luce illuſtratus: virtute roboratus: poſſim
hoſtes meos contemnere. v̾tuoſa opera per
ficere: creatori meo pfecte inherere: laudeſ-
qꝫ perpetuas illi ꝛ tibi ineternuꝫ pſallere ꝛ
cantare: Amen

## Lilium in quarto loco





Aria theſaurus et ortus bñdictio-
nis: colu mna et firmamentũ ve-
ritatis. ſplen dor et nitor gratie. ve-
na ꝛ via i ndulgentie. imperatrix
ꝛ datrix glorie: fundamentũ ecclesie: fōs mi
ſericordie: capſa ſapiētie. aula pudicicie: ſpes
salutis et venie. plena vtutis ꝛ gratie. ſedes
pacis: aula beatitudinis: terra benedictio-
nis: parēs veritatis. mini ſtra ſalutis: ama
trix humiliũ: hon or continentiũ: lux pec-
catorum. vnctio penitentiũ: via errantium
Magiſtra perfectorꝫ. gau diũ hominũ ꝛ an
gelorum. Ad laudem ꝛ gloriam ꝛ decorē tue
corone In quarto ipſius loco ſicuo liliũ florē
gratum ꝛ ſpecioſum. Lilium habet albedi-
nem in colore: ſuauitatem in odore: lenitatē
in ſuperficie. pulchritudinem in decore. Et
hec tibi virgo conueniũt. vt merito in tua
corona debeat ſituari / In albedine lilij vgi-
nitas deſignatur Fuiſti eĩn vgo pura mē-
te et corpore caſtificata Et vt virginitatem
habuiſti in carne tua: ſic puritatem ꝛ mũ-
diciã in tua ꝯſciētia Virgo eĩn in ptu fuiſti
et poſt ptũ inuiolata pmanſiſti: Decorata

igitur in carne tua virginitatis candore: et
in anima humilitatis et puritatis ſplendo
re placuiſti dei filio: pro ſanctitatis et virtu
tis duplici ornamēto: Tu enim dña es vir-
go ſingularis Nam nulla alia vt tu deo ſic
placuit. nec tam ſpecioſum palaciū illi edifi-
cauit. Ergo ſicut in ꝯparatione dei nemo bo-
nus: ſic in comparatione tui nulla inueni
tur perfecta quāuis eximia cōprobetur Sz
quid tam ſuauiter redolet anime: vt nomē
tuū amore reſperſum: De quo nomine ait
quidā. Maria nomen aureū fragrās ꝛ ar
renticū velut pigmentū celicū: vt ſol eſt lu-
ce fulgidū Amor tuus mirificus eſt: mona-
chis mellificus: ſanctus ꝛ anagogicus. di-
uinꝰ ꝛ extaticus. Tu es etiam domīa mul-
tum lenis ꝛ mitis Sacra enim ſcriptura te
predicat lenitatis magiſtrā: benignitatis
normam: modeſtie regulam: manſuetudi-
nis formā. Tu es puella decora nimis: vir
goqꝫ pulcherrima ꝛ incognita viro: nec eſt
mulier ſimilis tui in aſpectu in pulchritudi
ne et in ſenſu verborum. Et quia fuiſti for-
moſa valde caſtitatis ornatu virgineo ꝛ in

credibili pulchritudine totius ſanctitatis et
omniũ virtutũ apparatu ſpecioſior. in ocu-
lis ſummi regis fuiſti ſpecioſa ⁊ placida: val
de amabilis ⁊ nimis gracioſa. Tu etiam ha
buiſti pulchritudinem in oculis propt̃ ſim-
plicitatem exiſtentem: eleganciam in labi-
is: propter eloquentiam diſtillantem. decorẽ
in manibꝰ propter largitatem effluentem:
ſpeciem in auribꝰ propter pietatem inclinã-
tem. Quis enim ſufficiẽs eſt tuas virtutes
enarrare: tua miracula diſſerere: tua mira
bilia explanare: Tu es celo altior: abyſſo pro
fundior. Tu deum quem totus mũdus nõ
poteſt capere immaculato utero geſtaſti. tu
prime matris dãna reſoluiſti: tu homini ꝑ-
dito redemptionem adduxiſti: tu ſingulare
commercium mundo prebuiſti: Tu omnẽ
creaturam ſanctitate et dignitate tranſcẽ-
dis. Tu celeſtia et terreſtria vno federe con
iungis: ad celeſtia ⁊ ſuperna nos prouehis:
pactum confirmas. ⁊ mortis vincula diſſol
uis: Tu virgo regia gemmis virtutũ orna
ta: gemino mentis et corporis decore fulgi-
da: ſpecie tua ⁊ pulchritudine tua in celeſti-

bno cognita: celeſtiū ciuiū in te prouocaſti aſpect⁹: ita vt regis animū in tui concupiſ-
centiam inclinares: ⁊ celeſtē nūciū ad te de ſupinis reduceres. Tu cōcepiſti ſine pecca-
to: grauida fuiſti ſed non grauata: peperiſ ti ſed incorrupta/deum pariens ⁊ de deo cō-
cipiens: neſciens vir: et gignens filium. caſ ta puerpera: mater intacta: illius mater. cu
ius eſt deus pater: Filius paterne charita-
tis eſt corona tue caſtitatis: ſapientia pater ni cordis eſt fructus tui vteri virginalis Tu
flos florꝝ: virgo vginū: ⁊ corona vginum co probata: ſuper ſalutem ⁊ omnē pulchritudi
nē a dño amata. ſine tactu pudoris inuen-
ta mater ſaluatoris: dñi omniū meruiſti portare. ⁊ regem angelorꝝ ſola virgo lactare
fulgore virtutū mundū illuminare. luce iuſ ticie corda glorificare: quia ſemp radias ſplē
dore grē: ⁊ nullis macularis ſordibus culpe
Saluto igitur te regina vginū: roſa veris: conuallis liliū: te ſalutando cordis ſolatium
volo finire iſtud capitulum. Aue plena celeſ ti gratia: plena deo plenaqꝫ gloria: te circū-
dant virginū lilia: te ſolantur vtutū pmia.

Virgo dei virgo puerpera: obumbꝛata vir-
tute ſupera. tu es illa nubes lucifera: que il
luſtras celū ⁊ ſphera: dealbata turris ebur-
nea: coloꝛata roſa purpurea. vt pꝛoſtretur le
gis fellea: commēdata eſt tibi triumphea Cū
ſis honoꝛ ⁊ ſalus hoīm: mater dei coꝛona vir
ginū. tibi decus nō hñs terminū. perſoluat̄
iure poſt dñm. Et cum ſis pia exoꝛa filium:
pꝛo ſalute fidelium: Amen

Calcedoni⁹ in quinto loco.





VIrgo ⁊ domina mirifica: per quā ſracta ſunt tartara: reſerata celeſtia: reparata ꝑdita. renouata elementa. ſingulari decore pre cūctis rutilans: ſingulariqꝫ pulchritudine radiās ⁊ choruſcans. Ad honorē ⁊ gloriam tui ſanctiſſimi capitis in quinto loco tue corone inclite: ſitus calcedoniū lapidē precioſum dēcute precipuū: Igitur calcedonius qui obſcurus eſt domi: ſed ſub diuo rutilat ⁊ fulget. in dyademate tuo ſiſtitur. quia virtutes ⁊ miracula tua non iam latent in angulo: ſꝫ dilatātur in vniuerſo mundo. Ubiqꝫ nomen tuum predicatur: fruct⁹ tuus benedicitur: vēter tuus extollitur: tua vbera venerātur: in omnem terram exiuit ſonus tuaꝝ virtutū. ⁊ ī fines orbis audita ē vox tuoꝝ miraculoꝝ. in toto orbe animas illuſtras: corꝑa reparas: mortuos ſuſcitas: infirmos ſanas: pauꝑes recreas: imbecilles ſuſtētas: ſolidas confracta: reſtauras perdita: cuſtodis congregata. cecis viſum. claudis greſſum. ſurdis reparas auditum/mutis eloquentiam .ignorantibus ſcientiam: languētibus do-

nas medicinā. cūctis tua grā infunditur:
cunctis tua pietate ſuccurritur: omnibus
tua mīa ſuffragatur: O igitur virgo bene-
dicta ⁊ ſuperbenedicta fructū baiulans bn̄
dictū per quem bn̄dicuntur oīa: celū. terra.
maria. O pulchra ad intuendū: amabilis
ad cōtemplandū. delectabilis ad amandū.
cuiꝰ pulchritudinē ſol et luna mirātur: cuiꝰ
ſplēdore corda illuminantur. cui poteſtates
angelice famulātur: cuiꝰ opes nunq̄ defici-
unt. cuiꝰ diuicie nunq̄ decreſcūt: Tu q̄dem
grata es deo angelis ⁊ hoībꝰ: deo ꝑ humili-
tatem: angelis per virginitatē: hominibꝰ ꝑ
fecūditatem: Tu celi cuſtos vnguentoꝝ. au
la celeſtium ſacramentoꝝ. clarū ſydꝰ naui-
gantiū: callis rectus nō errantiū: laus ſcōꝝ
canētiū: ſalus vera lāguentiū Archa ſophie
.tabernaculū glorie: regula iuſticie. virtus
tēperantie. roſa pudicicie. nardꝰ odorifera.
amigdalus lenitatis. vernans laurꝰ caſtita
tis: oliua fructifera: flores ortꝰ auſtro flante
.porta clauſa poſt ⁊ ante: via viris inuia. fu
ſa ros celi tellꝰ: fuſū gedeonis vellꝰ ditatio
pluuia. Placa mare maris ſtella. ne inuol-

nat nos procella ꝛ tēpeſtas obuia: O regina radiantiſſima: omnib⁹ bonis pleniſſima. ꝑ te deo refunditur gloria: āgelo leticia: ſalus peccatoꝛib⁹: ſolamen deſperātib⁹: infirmis ſanitas: cecis claritas: triſtib⁹ gaudiū: merentib⁹ ſolacium. pugnantib⁹ ꝯſtantia: iuſtis glā ꝛ immarceſſibilis coꝛona: Tu egros medicans: gaudiū meſtos conſolans: ſanitas dolentes leticicans: Tu conuallis humilis terra non arabilis que fructū parturijt .flos campi cōualliū: ſingulare liliū. chriſt⁹ ex te prodijt Tu celeſtis paradiſus: libanuſ qꝫ non inciſus vapoꝛans dulcedinē Tu candoꝛis ꝛ decoꝛis: tu dulcoꝛis ꝛ odoꝛis: hēs plenitudinem: Tu es mater luminis ſanctitatis nitoꝛe radians: ſuperni luminis claritate celū et terrā illuſtrans. Tu luce puritatis ꝛ ſāctimonie mūdiſſimū deo habitaculū ꝑparaſti: tu in celeſti throno ſuꝑ oꝛdines āgeloꝝ ꝑpetua claritate refulges: tanq̄ꝫ ſid⁹ āte lucanū matutino nos roꝛe ꝑfūdis. Splēdidius in ſcītate radias animi q̄ lūīnaria in firmamēto celi: inflammata caritate cunctis āgelis vicini⁹ lumen deificū contempla

ris/Tu ſapientia ⁊ virtute candida luce ra-
dians: horridas peccatoꝝ tenebras ḋtitum
fulgore fugaſti: Tu mater ſalutis que ſola
deſperatis potes afferre medicinam. de cui⁹
vtero virginali: deus in ſalutem populi ſui
eſt egreſſus. Mater ſalutis per quam mors
victa ſuccubuit: ⁊ ſalus hoīs deſperati ſur-
rexit: Mater ſalutis que deiecte mentis rui
nas erigis: et ardētem reſtringis motum
eſtuantium delictoꝝ ¶ Miſerere igitur tā
potens et tam clemens: tam dulcis ⁊ ā pia
tam pulchra et tam formoſa huiꝰ peccatoris
famuli tui. a peccatis ⁊ vicijs cor meū dilue
Et nitida tua luce pectus meum irradia:
tuo amore animā meam inflamma ⁊ filio
tuo impetra mihi pacem ⁊ indulgentiam:
⁊ in die iudicij reſurrectionem glorificātem
Amen

Arcturus in ſexto loco





Regina ſereniſſima mater dei intacta: virgo pura: vgo ſcā vgo immaculata. cuiꝰ laudamꝰ vginitatē. miramur hūilitatē: ſed carius que miſeris dulcius ſapit. inuocamꝰ tuam miām ꝛ pietatē. Nardꝰ tua ꝛ vnguēta. dona ſunt ſpūs ſci in te deſcenſio ꝛ illuminātio: ſuo amore te inflāmātio: Tuꝰ fructꝰ eſt eternꝰ: cuiꝰ odor mūdū replet: cuiꝰ ſapor fideles ſatiat. cuiꝰ ſplendor ſolē ſuperat ¶ Quia igitur tā ꝓcioſū fructū vitis fructifera nobis ꝓtuliſti: ad aliquid honoris ꝛ glorie tue magnificētie aggregandū in ſexto loco tue corone arturiū ſicuo clarū ꝛ lucidū luminare ſeptem ſtellis decoratū: in modū plauſtri fabricatū: Huic dn̄a ſimilaris ꝛ quodāmodo comparis: Fuiſti ſiqdem vginitate lucida: fide ꝛ ſanctitate clara: fecūditate fulgētiſſima. Septē ſtellis fuiſti decorata: cū ſeptem vtutibꝰ fuiſti adornata. Tu enim fuiſti ſolidata per fidem. ſurſum eleuata ꝑ ſpem amore inflammata per charitatem: ꝑ temperantiam fuiſti ſobria ꝛ modeſta. per fortitudinem vigorata. per iuſticiam equiſſima

per prudentiam diſertiſſima ⁊ ſapientiſſimã
Currus dei fuiſti: in tua ſancta anima de
um omnipotentẽ circumſerẽdo: ⁊ dñm noſ
trum iheſum chriſtũ in tuo ſcõ ventre baiu
lãdo. Currus etiã iſrahel es. peccata noſtra
benigne ſupportans: imꝑfectiones nrãs co
ram deo excuſans. indulgẽtiam ⁊ pacẽ no-
bis impetrãs: ad iter paradiſi tutũ ducatũ
preſtãs. ¶ Domina igitur mea ſolatiũ cor-
dis mei: dulcor anime mee. recreatio ſpirit⁹
mei. vicia ⁊ pctã mea: mores meos duros ⁊
ferreos miſericordie ſupporta Tuis meritis
ſit mihi ꝯceſſa pax ⁊ indulgẽtia Per te via
paradiſi ſit mihi oſtẽſa: ⁊ ianua celica reſe-
rata. Sed prius in via iſta indica mihi qd
tibi offeram pulchꝛũ ⁊ gratũ. demõſtra mi-
hi quid tibi dẽ amabile ⁊ iocũdũ: oſtende
mihi quid tibi preſentem delectabile atq for
moſum. Nutri hũc peccatorem fetidum ab
ubertate plenitudinis tue: paſce hunc ver-
mem horridum ab opulẽtia dulcedinis tue
Eripe me domina de manu poteſtatis ad-
uerſe: O benigniſſima domina confũde oẽs
aduerſarios meos ſicut fumus deficit pere

ant ⁊ deficiant oēs inimici mei:ptio tua dña conterat eos:infern⁹ viuētes deglutiat eos Aperi mihi dauitica clauis visceri melliſlua cordis tui Xpi michi hoſtiū lūis ui: vt ingrediar ⁊ videam ac deguſtē ſuauiatem vbo⁊ tuo⁊: ⁊ de tuo fonte dulciſſimo anima mea ſitiens ebrietur Ex qua recreatione mirifica reſciam diligere toto affectu cordis.toto conamine mentis .feruenter ⁊ prudenter .ſinceriter ⁊ iocūdanter:humiliter ⁊ deuote Da mihi vocem laudis: vt digne ſciam tua mirabilia enarrare. Benedicta ſit tu vginitas florida: bn̄dicta ſit tua fecunditis virginea:benedicta ſit tua pietas viſceroſa.bn̄dicta ſit tua humilitas graciosa: bendicta ſit tua ſanctitas qua ſis excellentior cūctis. benedicta ſit tua dignitas qua ſis exelſior vniuerſis. Nam ſpūs ſanctus ſuo roremelliſluo tuū vterum vgineum fecundauit:tuū corpus ſanctiſſimū per diuinū vmbraculū obumbrauit:Tua felix anima.que eſſ ante trinitatis nobile triclinium.nobiliſſime inſignitur Si quidem ornatur auro fidei:argento ſapientie:vtutū lapidib⁹ precioſis.ſā-

ctitatis velis: verecundie roſis: lilijs caſtita-
tis. violis v̓ginitatis: Sole iuſtitie illuſtrat̓
Luna caſtimonie ⁊ ſtellis innocentie irra-
diatur: omnibus theſauris gratie decoratur
omnib⁹ ſacris cariſmatib⁹ nobilitatur. Er-
go dña tot ⁊ tantis bonis cumulata ⁊ refer-
ta: ſis nobis clemens in noſtris neceſſitati-
bus: dulcis in tribulationib⁹: pia in anguſ-
tijs. prompta ⁊ parata ad ſuccurrendū in
periculis: Tu enim tribulatis es refugium
Tu meſtis impēdis ſolacium: tu mulces fle-
tus plorātiū Nos premūt ſarcina criminū.
diffluunt aque cupidinū. diſcurrūt fluctus
voluptatum. Sed tu o maria miſerans mi-
ſeris: nos conſolare tuis ſolacijs: ⁊ ne inuol-
uamur perpetuis tenebris: ne deputemur
eternis incendijs: ſuccurre nobis in hora do-
loroſe ⁊ pauide mortis: perduc nos ad gau-
dium ſcē reſurrectionis: ⁊ ad gloriam perpe-
tue claritatis. Amen.

## Saphirus in ſeptimo loco.





SAncte trinitatis nobile triclinium. verbi patris ſanctū reclinatoriū: puella decora: v̾go formoſa: regia clara ⁊ ſerena. pia dulcis grā ple-na: cui a deo collatū eſt vt inter feminas pri ma deo mun⁹ v̾ginitatis offerres: vnde in-re angelico aſpectu ſimul ⁊ affatu' meruiſti perfrui. que āgelicā ſtuduiſti vitam imita ri: In te enim celis diſtillantib⁹ tota ſe infu dit plenitudo diuinitatis: cui oblata ſunt ⁊ data gratie plenitudo: dei cohabitatio ⁊ ce-leſtis benedictio: Quapropter cum tot mi-rabilium inſignia in te tam excellenter pre dicentur: ego peccator cupiēs adhuc tuam gloriam ampliare: in ſeptimo loco tue coro-ne ſaphirum lapidem precioſiſſimum collo care decreui: Saphirus ſimilis eſt ſereno celo. quem cum ſolis radius aſpicit. ſplendo rem ardentem emittit Cuius virtus eſt cor pus caſtificare: oculis proficere. venenis of-ficere Et iſte lapis merito ꝯpetit tui capitis ornamento: Tu quidem domina ſemꝑ fuiſ ti clara ⁊ ſerena: ſincera mūdiſſiā ⁊ amena

Tu enim ſemꝑ es tota pulchra: tota formoſa tota immaculata ſuauis ⁊ ſpecioſa. Macu la nulla ſuſcaris: nulla ſorde macularis: omni grã illuſtraris: õni ꝟtute decoraris: Pulchrior ⁊ ſpecioſior es ſole in aſpectu tuo: ⁊ ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarũ rutilas decore precipuo. Sed dum illa ſumma maieſtas: cuius tu es amabilis ſponſa ⁊ dilecta filia: ſuo gracioſo ⁊ amabili radio tuam faciem reuerberat: tunc ſpecies tua amplio ri pulchritudine augmentat̃. ſapientia tua copioſiori luce radiatur. caritas tua tota ardens in dei amorem efficitur: et omnes virtutes tue ampliori ſanctitate profundũtur. Tu etiam domina mentes et corpa caſtificas: oculos mẽtis et corporis illuminas: peccatoꝝ venena eliminas ⁊ extirpas. Cũ igitur dña ſis ſalus humani generis: ſpes ⁊ ſolatium paupis· ſuccurre nobis ſeruulis tuis miſeris: Nam bella premũt hoſtilia. hoſtes ſua extendunt retia: caro ſuggerit mollia: demon rixas et iurgia. mũdus opes honores ⁊ quecunqꝫ curioſa. O regina miſericordie: ſuccurre in tempore ãguſtie. fer no-

bis opem tue gracie: ⁊ ne corruamus in tã-
tis periculis: mane nobiſcũ dñe qm̃ aduel-
peraſcit. Tu fons ſalutis ⁊ totius gratie: via
pacis portus indulgẽtie. audi planct⁹ tue fa
milie. Circũdant nos multa pericula. corp⁹
conſumit egritudo preualida: pect⁹ urit tẽp-
tatio acerrima: pluuia deuotionis compeſ-
citur: feruor in oratione non reperitur: ocu
lus rationis caligatur. O refugiũ pauperꝝ:
o miſeroꝝ refrigeriũ: in te ſperant oculi om
niũ Et ut liberemur a malis tam peſtiferis
cum ſaluare poſſis quos volueris: mane no
biſcũ quoniam aduesperaſcit. Libera nos
de tenebris ⁊ umbra mortis: ⁊ perduc nos
ad gloriam perpetue immortalitatis Amen.

Crocus in octauo loco.





SI linguis oīm gentium: ꝛ melodi
is oīm angeloꝝ tuas laudes virgo
ſcāiſſima volo depromere: nil ſuf-
ficienter effari ſufficiam: quia ve
re in laudib⁹ tuis modulandis non inueni
tur conueniens organū: ꝛ ebes eſt cuiuſcū-
qꝫ ſubtilitatis ingeniū: Nam ſpirit⁹ ſanct⁹
fons ꝛ origo omniū bonoꝝ ſic in te cumula
uit ſua inſignia virtutū ꝛ cariſmata grāꝝ.
ꝙ nec honorem quem hēs in mūdo: nec glo-
riam quam habes in celo: nec honorem dig
nitatis quam poſſides in premio. poſſet exp
mere ſpiritus angelic⁹ nec intellect⁹ huma-
nus. Quantum ergo ab omnib⁹ hoīb⁹
virgo ſereniſſima debeas collaudari: Verū
tamen ego peccator ad honorē tuum ꝛ glori
am tuā in octauo loco tue corone inclite: cro
cum florē aromaticū tibi valde ydoneū cu-
pio collocare Eſt eīm croc⁹ colore aure⁹: odo-
re oblectatiu⁹. virtuoſitate mirific⁹ valde le
tificatiuus. Tu enim es virgo aurea: omni
ſcītate ornata: Per auꝝ tua ſanctitas deſig
natur. Nam ſicut auꝝ oīa metalla excellit
nobilitate et valore: ſic tue ſanctitatis digni

tas ſuperat omniũ ſcõꝝ merita. ⁊ omnium
ꝓrogatiuas ãgeloꝝ Ideo ſup oẽs in cel' obti-
nes ꝑncipatũ Vñ ſicut in toto mũdo nõ eſt
locus dignior tui ỽginei uteri tẽplo quo dei
filium ſuſcepiſti: ſic nec in celis illo regali ſo-
lio quo ſup oẽs ſcõs te dei fili⁹ ſublimauit
Tu etiã es odorifera pluſq̃ crocus: q: tu an-
ſtedeum ⁊ homines fragras ⁊ redoles Vnde
odoꝛ tuus eſt ſicut odoꝛ agri pleni: quẽ bene-
dixit domin⁹ Ager plenus tu⁹. eſt tu⁹ ſcũs v-
terus. qui produxit meſſem bñdictã: ex qua
angeli ⁊ hoĩes ſuſtentant' Sed ⁊ odoꝛ qui
procedit ex tua humilitate: valde deum oble
ctat Odoꝛ procedẽs ex tua ỽginitate: valde
delectat angelos Odoꝛ procedens ex tua pie-
tate multum recreat homines: Odoꝛ proce-
dens ex tua ſcitate: multũ terrificat demoẽs
Fuiſti etiam ⁊ ex virtuoſitate mirifica Nã
virtus ex te procedens clarificat viſum. re-
parat guſtum: reformat auditum: confoꝛ-
tat coꝛ. illuminat intellectum. Gratia tua
domina in multis leticiam in nobis parit:
Tu enim virgo piiſſima frequenter ſolaris

triſtia: lenis aſpera. letificas doloroſa: robo-
ras debiles: ſuſtentas imbecilles. viuificas
mortuos: ſanas et liberas egrotos: Pro hijs
omnibus domina in tua gloria et honore gra
tulamur. in tuis laudibus exultamus. in tu-
is preconijs iocundamur: tuis coronis et pre
mijs congaudemus: Unde de dulcore et in-
biloqui ex te cordi amanti infunditur dicit
quidam ¶ Oleum infuſum vnguentum
exinanitum: jubilus cordium: nomen ma-
rie ſanctum et glorioſum: Sed fragatur ala
baſtrum. Deſcende domina in ortum men
tium: ſuccende ibi amorem ignitum: ſtilla
tui dulcoris vnguentum: reſperge tuorum fra
granciam aromatum Maria ſit in memo
ria: marie rumineetur dulcor et gracia Ma
rie recolantur beneficia et charitas indefeſ
ſa: Sed et hos quos nunc tibi offero verſiculos
domina: pro tue glorie honorificentia commen-
danda digneris ſuſcipere graciose

Salue flumen miſericordie: flumen pacis:
et flumen gratie: flos conuallis. flos pudicicie
mater dei et mater venie. Salue ma-
ria vera ſalus fidelium. maieſtatis thronus et

ſolium:templū chriſti dom⁹ tricliniū:via vi-
te:pudoris lilium Salue florum decor ama-
bilis:ſponſa chriſti.ācilla humilis.tota pul-
chra ⁊ venerabilis.cui nulla fuit conſimilis
Predicamus te venerabilem:ſcām mente ⁊
corde ſimplicem:mundā carne.nitem pla-
cabilem.mūdo gratam:deo amabilē.Qui
te guſtant adhuc eſuriūt:tuū ſanctū dulco
rem ſitiūt:te amare ardent cupiūt ⁊ te lau-
dare.ſed non ſufficiunt:Sacra mater dei ⁊
hominis laus ⁊ decus humani generis:ſā-
ctitate ſanctos tranſgrederis.claritate plus
fulges ceteris Quis te digne valeat extolle-
re laudes dignas tibi quis promere.ex quo
deū es digna parere:⁊ nutrire hūc ſacro v-
bere:Salus ſiquidem nrā in manu tua eſt
O domina tantū reſpiciat ſup nos miſcdia
tua:⁊ ſecuri ſeruiem⁹ deo regi eterno ⁊ tibi
ipſius bīdicte genitrici.o regina glorie:que
cum eo viuis et regnas in ſolio maieſtatis
ſuperne.per infinita ſecula ſeculoꝝ:amen

Achates in nono loco





In celeſti throno ⁊ ſidereo regina ful
gentiſſima: gloria et honore coro-
nata: gemmis virtutum ornata
multum gaudens multum leta:
multum formoſa/multū pulchra: Pulchra
ſiquidem in virginitate: pulchrior in humi
litate: pulcherrima in filij dei ꝯceptiōe. Pul
chra in laude opinionis: pulchrior in honeſ-
tate conuerſationis. pulcherrima in gloria
diuine viſionis. Pulchra quia nec maculā
aut rugam habuiſti: nec carnis aut ſpiritꝰ
aliquod inquinamentū. ſed tota tanq̄ au-
rum obriſum puriſſima: tota ſplendida. to-
ta candida: tota rutilans et tota mūdiſſima.
a cuiꝰ corde ⁊ corpe longe fuit omnis peccati
macula: cui fortiter adheſit totius ſanctita-
tis gratia et chariſma. Tā pulchra dn̄a: tam
ſpecioſa ⁊ tam formoſa. gratanter ſuſcipe la
pidem achatem: quem ad ampliandū tu-
um apparatū: in nono loco tue corone no-
bilis ſtatui collocare. Achates enim inter ce
teras virtutes facit hoīem gracioſum. quē
te decet habere dn̄a in tui capitis ornamēto
cū hoc in nobis efficacius orario Dum⁹ cū

peccatis tenebroſi: concupiſcētijs limoſi: vi-
cijs vmbroſi. Idcirco deo odibiles et deteſta-
biles tanq̄ filij gehenne: Sunt enim mul-
ti inflati per ſuperbiam. nigri per auariciā
ſanguinolenti per iracundiam. fetidi per
luxuriam: lutoſi per gulam. liuidi p inuidi
am: ſomnolenti per pigriciam. Cum autē
placuerit ei qui te ſegregauit ex vtero mr̄is
tue. ad ſuccurrendū miſeris: vt tua ſup nos
viſcera moueant. tunc obſtetricāte manu
tua educuntur extra opera tenebroſa. et in-
troducuntur virtuoſa: deteſtantur vicia. am
plectūtur ieiunia. extinguūtur concupiſcē
tie: reminiſcūt v̄tutes. Aperis ſiq̄dē manū
tuā et imples oē aīāl bn̄dcōne: et gratie tue in
nobis iactato ſemie: ex ſupbis fiunt huiles:
ex auaris cpacientes: ex guloſis abſtinen-
tes: ex luxurioſis fiunt caſti: ex iracūdis pa
cifici: ex inuidis caritatiui. ex pigris labori-
oſi: Vt qui prius deo diſplicebant velut fi-
lij tenebrarum: nunc per te fiant ſibi placiti
tāq̄ filij lucis celeſtiſq; regni coheredes chri
ſti Et ideo gloria in excelſis deo: qui de tā vti
li et neceſſaria nobis procuratrice puidit et

ius iura ⁊ officium eſt euacuare tartaꝝ: il⸗
luminare mundum: irradiare celũ: replere
paradiſum: diabolũ conterrere: predam ex ipſi
us ore rapere: peccatores per pñiam patri ō⸗
nium vt mater piiſſima aggregare. O igi⸗
tur maria plena grã virgo refulgēs aurea
tota mũda ⁊ illibata: in chriſti habitaculũ
conſecrata: vas in decorem ⁊ honorem peror
natum: in oculis ſummi regis gratũ ⁊ pla⸗
cidum. ſancti ſpũs benedictione ſanctifica⸗
tum. O puella virginea: a ſpũ ſcō cōſecrata
a ſcis angelis protecta ⁊ cuſtodita: ab archā
gelis et poteſtatibꝰ circũgirata ⁊ conſolata
multiſqꝫ gracijs ⁊ ỽtutibus decorata Uerte
dña ad me piũ ⁊ dulcē oculũ tuũ. clementē
⁊ graciosũ: fulgidũ ⁊ luminoſũ. Uiſita in⸗
firmũ: cura me egrotũ: ſana me lāguidum
. cōfortare me triſtē ⁊ gemebũdũ: Da mihi
cor deuotũ: ⁊ intellectũ illuſtratũ. vt cognoſ
cere valeam largitatem tue bonitatis ⁊ mi
ſericordie. puritatē tue carnis virginee: pro
funditatē tui intellcꝰ ⁊ ſapiētie: ſanctitatē
tui corpis ⁊ anie: Reſpice ſumma impatrix
de altiſſimo tue excellentiſſime maieſtatis

ſolio: ⁊ tenebras mei cordis tue grē ſplendori
bus illuſtra: ſenſum peruigilem in me rega
amore tuo me inflāma. Oro vt tua v̇gini-
tas me caſtificet. tua fecūditas v̇tutib⁹ me
exornet: tua humilitas me faciat mitē: tua
pietas pium ⁊ dulcem: tua ſanctitas cōpū-
ctum ⁊ gemebundum: tua clemētia eterna
gloria dignum: ⁊ q̄diu vixero in tuis lau-
dibus ⁊ orationib⁹ deuotū: Nam duris tor-
mentis corpus atteritur. ⁊ temptamētis a-
nimus frangitur: dulcor intern⁹ ſubtrahit
Sed o ſacrata regina v̇ginū da ſolaciū: fer
remedium: dulcora fletus ad te clamantiū:
Et ne relabamur in viciis. ne fiamus ſiles
beſtiis. mane nobiſcum domina qm̄ aduer
peraſcit: Te rogo venerabilē v̇ginem illiba
tam. per partum admirabilē in celis orna-
tam: vt hanc animam flebilē: erumnis cu-
mulatam. reddas mitem ⁊ humilem ſordi-
buſq; mundatam: vt ꝑ mortem placabilē
contritam ⁊ deuotam vadat ad vitam celi
bem: floridam ⁊ ſplendibilem a malis elōga
tam Amen

Sydus marinū in decimo loco





O laudandū bñdicēdū ꝛ predicā
dum te sāctiſſima mater xpi mo-
nemur ſcripturis. incitamur exē
plis: prouocamur bñficijs: accēdi
mur inſpirationib⁹ interius ꝛ miracul' ma
nifeſtis: Tu deū hominib⁹ genuiſti. pacem
mūdo impetraſti: diabolū ſupaſti ꝛ viciſti
: humanū gen⁹ reparaſti: ꝛ om̄ia bona in
celo ꝛ in terra te mediāte ſunt patrata. Tu
ſcē trinitatis nobiliſſim⁹ ꝛ ſanctiſſim⁹ thro-
nus: tu verbi patris incarnati ſpecioſus et
virgine⁹ thalam⁹. tu lapis precioſus in coro
na impatoris eterni Tu ſūmi patris filia cla
riſſima: ſpiritus ſancti ſponſa amantiſſiā
angeloꝝ ꝛ hoīm dña ꝛ regina. Tu chor⁹ ad
mirabilis: plen⁹ ſapiētia: illuſtrat⁹ ſplēdore
oculat⁹ ſciētia: clar⁹ in om̄i grā: ꝑfect⁹ in dec-
core: in medio lapidū ignitoꝝ. id ē āgeloꝝ et
archāgeloꝝ mirāda gloria ſplēdeſcis Cedros
id eſt omnes ſcōs paradiſi: de ſanctitate pre
cellis: Tu ſeraph cum ſex alis portans ſtig-
mata ihū chriſti accenſus in amorem cōdi
toris: diuinis ſpectaculis ſuſpenſus ꝛ rapt⁹
in cōtemplationē ꝑcellētiſſime maieſtatis.

Quapropter ego q̄uis indignꝰ tam precla
riſſimam dominā honorificare cupiēs. iux-
ta intentū prelibatum in decimo precioſe co
rone tue loco. ſitus ſtellam maris: nautas
et remigantes dirigentem. Siquidē ſtella
maris nauigātes dirigit: eos ꝯſolatur ⁊ eri
git: ⁊ ad portū optatū ꝑducit. Tu enim es
illa ſtella maris: que inter fluctus tempta-
tionū. inter pericula rerū mūdialium. int̄
dolores egritudinū nos regis ⁊ dirigis: au-
xiliū ⁊ ꝯſiliū impēdis: exultationem infū-
dis: ⁊ ad portū paradiſi aīās nrās conducis
Cuiꝰ ſtelle patrociniū q̇dā laudator bernar
dus tuꝰ ſeruitor deuotꝰ. in ſuis opuſcul' nos
corde attento flagitare ammonet dicens in
ꝑicul' in rebꝰ dubijs/reſpice ſtellā inuoca ma
riam Nō recedat a corde tuo Nō recedat ab
ore tuo. Nā ipām ſequēs nō deuias: ipſam
cogitans nō erras. ipāʒ rogās nō deſperas
ipſa tenēte nō metuis. ipā ꝓtegēte nō corru
is: ipā regēte nō fatigaris: ipſa duce ad cele
ſtia ꝑuenis. Qđ nobis ꝯtingat tuis ſacris
patrocinijs ⁊ meritis gl'ioſis. annuēte filio
tuo bñdicto. cum quo ipā viuis ⁊ regnas in
ſecula ſeculoꝝ Amen ¶ Jaſpis in xi. loco





Benedicta ſis domina ⁊ mater dn̄i noſtri iheſu chriſti mater miſericordiarū ⁊ dn̄a totius cōſolatiōis que conſolatur nos in omni tribulatione noſtra Et benedictū ſit nomē glorie tue: ſanctū ⁊ laudabile ⁊ ſuperexaltatū in ſecula O ianuaria ꝑadiſi. o miniſtra gratie ſpiritus ſancti. o magiſtra omnis ſcientie theorice et diuine: o doctoriſſa humilitatis et paupertatis chriſti. Tu patriarchis fide ⁊ patientia es clarior. prophetis in ſenſu et ſapientia acutior: apoſtolis in perfectionis ſanctitate ſublimior In tolerātia penarū precellis martires: in exercendis actib⁹ virtuoſis confeſſores in mūdicia caſtitatis ꝟgineo Angelos ⁊ archangelos precellis in adminiſtratione gratiarū. dominationes in proſtratione viciorū ⁊ cupiditatū. principatus ⁊ poteſtates in refrenatione contrarie poteſtatis: thronos in tranquillitate pacis. cherubin in ſapientie ſplendore. ſeraphī in charitatis ardore. ❡ Cū igitur ſis valde mirabilis dn̄a: eo ꝙ in omni ſciencia ⁊ ſapientia. in omni gratia ⁊ ſcitate ac ꝟtute oēs

tranſcēdis: nec quiſq̄ eſt tibi cōſimilis: jdeo
ergo peccator grām apud te deſiderans com
parare. in undecimo loco tue corone nobiliſ
ſimo iaſpidem lapidem ſcilicet precioſū Iaſ
pis enim eſt lapis precioſus colorꝫ varietate
venuſtatus. virore conſpicuus: ad reſtrin-
gendū ſanguinē precipuus Et hic bene cō-
petit ad ornandum domina caput tuū. Tu
enim fuiſti v̄tutū varietate decorata. virgi
nitatis ꝛ fidei virore ornata: ad reſtringen-
dum ſanguinē: id eſt carnis cōcupiſcētias:
tanq̄ medicina ſalutaris ꝛ efficax a deo no
bis miniſtrata. Nā licet fueris impregna-
ta per ſpm̄ ſcm̄: fecūdata per partū deificū:
licet vigoroſa per fortitudinē: virtuoſa ꝑ rec
titudinem: amoroſa ꝑ charitatem: lumino
ſa ꝑ ſapientiā: ingenioſa per intelligētiam:
viſceroſa ꝑ pietatem. in proſperitate humiľ:
in aduerſitate fortis. in ſanctitate ſublimis
Viror tū v̄ginitatis ſemꝑ reuixit in tuo cor
pore ꝛ decor fidei ſemꝑ reuiuit in tua ſacra
mente Tu etiam peccatorꝫ ſanguinem re-
ſtringis ꝛ deſiccas: carnales fluxus compeſ
cis ꝛ refrigeras. ꝛ quicquid in nobis macu

loſum eſt clarificans atqꝫ ſanans. Igitur puel
la puritatis amatrix ỽginitatis: extingue
in corpore meo pruritũ ꝛ ſordes libidinis. et
rore ſalutifico crea in me mundiciam floride
caſtitatis. In oratione meditatione lectiõe
ꝛ operatione ſentiat mẽs mea tue pſentie dul
cedinem: ꝛ viſitationem angelicã me conſo-
lantẽ dirigẽtem ꝛ protegẽtem. Unge cor me
um tue ſuauitatis vnguento p̃cioſiſſimo: vt
ſentire poſſim tui amoris dulcedinẽ: tue ca-
ritatis voluptatem: ꝛ amicicie dulcebritatẽ
ꝛ iocũditatem. Sed ego miſer ꝛ eciam p ex-
teriora frequentius diſcurrens: a tuo ſanc-
to amore diſgredior in carnalibꝰ blandimen-
tis conſolationes nepharias quero. Et hinc
eſt ꝙ in tua charitate ꝛ dulcedine nõ delec-
tor. quia ego in tranſitorijs ꝛ caducis cogita
tione affectione ꝛ locutione implicor. Tu aũt
domina celeſtia dirigens: lucẽ habitas in-
acceſſibilem Tu in celo: ego in terra. Tu di-
ligis bona incorruptibilia et eťna: ego flu-
xa ꝛ caduca. in quibus nõ eſt nil vanitas
ꝛ miſeria ꝛ afflictio ſpũs: Quid plura infe-
ram: Tu es pia ſcã iuſta clemẽs. ego impiꝰ:

iniuſtus: iniquus jnmiſericors: tu lux: ego cecus Tu vita: ego mortuus. tu gaudium: ego triſticia. En ego ad te clamo. mater dei es: viuifica me. mater redemptoris redime me: mater ſaluatoris ſalua me Ne autē glorioſa domina mortiferis voluptatibꝰ in his temꝑalibꝰ periclitér. oro te vt cor meū teneas mentem regas. intellectū dirigas. animū ſuſpendas: vt ꝑ vim tui amoris tibi inhereā ⁊ in dulcedinis ⁊ grē tue vbertate dormiam ⁊ requieſcam. Amen

## Roſa in duodecimo loco





Regina ihierarchialis thronꝰ sera-
phicus exiſtens: in quo refulget ꝛ
reſidet totius ſcē trinitatis maieſ
tas ꝛ gloꝛia. virtus ꝛ potentia: ho
noꝛ ꝛ magnificētia. quam laudant angeli
atqꝫ archangeli: cherubin quoqꝫ ꝛ seraphi:
ꝛ omnes turme celeſtium ciuiū ꝛ phalan-
ges ſpirituū ſupernoꝝ. Quia qd in eis erat
diruptum ꝛ confractū: per te dña inſigniꝰ
eſt conſtructum ꝛ repatum. Idcirco benefi
cioꝝ per te ſuſcepcoꝝ nō immemores nec in-
grati in tua gloꝛificatione laudes hymnidi
cas feſtiuis vocibꝰ cum omī armonia ꝛ ho-
noꝛificencia cantant dicentes Que eſt iſta
que pꝛogreditur quaſi auroꝛa conſurgens
pulchꝛa vt luna electa vt ſol: terribilis vt caſ
troꝝ acies oꝛdinata: Cū enī naſceris qſi ru-
tilans: auroꝛa ꝯſurgens: oꝛtꝰ tuꝰ nimiꝝ vicē
auroꝛe tenuit. in quo dies gratie cepit: nox
vero infidelitatis ꝛ ignoꝛantie finem fecit:
Nunc plene pulchꝛitudinem habuiſti: dum
grā plena facta es in ůbi incarnaci cōceptu
Cum ſolem iuſticie paris: ſoli cōgrua ſimi-
litudine comparis: Sicut enim de ploꝛato

radio nõ corrũpũtur: aut minuitur ſol' cor-
pus: ſic te parientẽ non violat prolatio ſacri
partꝰ Tibi matri mẽ ꝯpetit electio ſolis. que
ſplendoris eterni radios exhibes vniuerſis:
Terribilis vt caſtroꝝ acies extitiſti. cũ celis
letantibꝰ. angelis obſequẽtibꝰ: ſanctis exul-
tantibꝰ: vexillis v̊tutũ chorꝰſcãtibꝰ. terribil'
demonibꝰ apparuiſti: O igitur tu dña mi-
rifica ſolari claritate inſignita. luce pulchri
tudine decorata: ſuſcipe gratãter roſam ver
milam quam tibi offero: vt in duodeciõ tue
nobilis corone loco collocetur: Roſa eni flos
floꝝ per excellẽtiã eſt vocata: aſpectui eſt val
de placens ⁊ grata: in redolẽtia mire eſt ob-
lectabilis: proficua ⁊ vtilis in medicinis. que
oĩa tibi optime ꝯueniũt virgo grata Sꝫ tu
dña non es roſa mũdi. que ſtatim poſt ortũ
areſcit ⁊ deficit: ſed tu es roſa ꝑadiſi que geſ-
taris in manu regis celi. Tu es flos floꝝ vir
ginaliũ: ⁊ regina oĩm puellaꝝ chriſti. Nam
a te habuerunt formam integritatis: ⁊ tã-
q̃ a precellenti magiſtra doctrinam perfec-
te caſtitatis. Ideo ſuper omnes triumphas
reſides in throno imperialis dignitatis. Tu

etiam domina pulchra es facie. pulchra fide
pulchra coram deo humilitate: pulchra corā
angelis virginitate: pulchra coram homib⁹
miſericordia et pietate. Odor etiam tue pie-
tatis preſentitur in celo: fragrantia tue mi-
ſericordie odoratur in ſeculo: dulcedo tue cō-
paſſionis reſpergitur in inferno: Odor tue
humilitatis filiū ſummi regis de celeſti thro
no fecit deſcēdere. ⁊ in hoſpicio tui virginei
ventris compulit reclinare De quo hoſpicio
quidam dictator deuotus ſic ait: Sol luna
lucidior ⁊ luna ſyderibus ſic maria dignior
creaturis omnib⁹. Salue mater pietatis et
totius trinitatis nobile triclinium: verbi ta
men incarnati ſpeciale maieſtati preparās
hoſpicium. Tua etiam medicina ſubuenit
omnibus hominibus in infirmitate: ſuc-
currit in aduerſitate. recreat in labore: ſolat̄
in dolore. in ꝑſectione p̄ſtat auxilium: in tri
bulatione ſolatiū/ſanat peſtes corporis: eli-
minat vicia cordis: Unde quidam ait. Ad
omne periculū pietas v̄ginis ſubuenit ⁊ po
tēs eſt ſubuenire. Cū igitur tot ⁊ tante ſint

prerogatiue meritoꝝ tuoꝝ: clarifica lux for-
moſa viſum meum: vt ſpeculetur tuā pul-
chritudinem. ſana guſtum vt ſaporet tuā
dulcedinem. olfactū renoua vt odoret tuā ſu
ſuauitatē. jllumina ꝛ inflāma omnia inte
riora mea tua ſcā ſapientia ꝛ flammiuoma
charitate tua. vt de te ſciam prudent̄ cogi-
tare: te feruenter diligere. te deuoe colere. te
profunde intelligere: ſapient̄ inueſtigare:
ſuauiter ruminare. tibi dulcit̄ inherere: Aſ
ſiſte mihi dn̄a te deuote deprecanti: te ſua-
uiter ruminānti: te legenti: te meditanti: de
te loquenti: ꝛ ad te aurie ſuſpiranti. Odor
tuus me recreet: memoria tua me confortet
ſuauitas tua me reficiat. gratia tua me nu
triat: pietas tua me dulcoret. preſentia tua
me conſoletur: ducat⁹ tuus me cuſtodiat:
ducens ꝑ tuas ſemitas ad lucem quā inha
bitas Amen

Carbūculus in decimotercio loco





ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO

Virgo regia gēmis v̄tutū ornata: monilib⁹ grāꝝ compoſita. iuſticie veſtimēto induta: ſpecie tua ꝛ pulchritudine ſua in celeſtib⁹ cognita benignitate ſua ſic regis aīm̄ in ſui cōcupiſcentiā inclinauit. qd̄ ſuū de celis ei trāſmiſit nūcium: ꝛ ipſemet protin⁹ in ei⁹ feſtinauit amplexū. Si igitur reuerēdiſſima mā creator viſibiliū ꝛ inuiſibiliū ſic ꝯcupiuit amorem tuū. ſic deſiderauit amplexū: nos miſeri q̄ per te ſum⁹ recpati ꝛ a ppetua morte liberati: cū quanto amore te tenemur diligere: cū quanta reuerētia tibi ſeruire: cum quātis laudib⁹ extollere: Tu enim ſole es ſpecioſior: aſpectu pulchrior. fide et cōſtātia vernātior: ꝛ ſup decorem mulieꝝ elegantior. Jdeo cum ſis tam pulchra ꝛ amena: tam fulgēs et ſerena: rogo te vt in decorē tue nobilis corone gratanṫ digneris carbūculū ſuſcipere quem in decimotercio loco decreui collocare Carbunculus enī tenebras illuſtrat: ſplēdorem oculis intuentis vibrat. Hoc tu nobis efficacius operaris: cum ſis ſponſa chriſti ꝛ matē ſingularis Quis enī ſufficeret exp̄me-

velutē miſerationū tuaꝝ:qua tua dña mū
do tenebroſo infulſiſti: Quis eni ſufficeret
enarrare ṽtutes ⁊ mirabilia ſigna:ingētia
atq; portenta.que vel pro ſalute aiāꝝ:vel pro
medela corpm.vel pro conſolatione bonoꝝ:
vel pro correctione maloꝝ multipharie.mul
tiſq; modis dignata cooꝑari: Nec dulcedo
miſcdie tue/nec multitudo pietatis tue. nec
aſſuētia gratie ⁊ bonitatis tue chriſtianū
quempiam latet:prout cuilibet in tribula-
tionibꝰ neceſſitatibꝰ ⁊ periculis conſtat eſſe
compertū: Quapropter delectabile eſt oibꝰ
mariam laudare bñdicere ⁊ predicare: Cū
maria n ōiatur tundūtur pectora curuan
tur capita:prodeūt lachrime pietatis ac de-
uotionis ⁊ ſuſpiria contriti ſpiritus ⁊ inflā
mate affectionis: O nomen ſplendidiꝰ ſole:
fragrantius balzamo et cynamomo:ad cu
ius prolationē mūdus gaudet.celum ridet
jubilat angelus. exultat iuſtus. confundit
diabolus ⁊ cōtremiſcit infernꝰ Sed ⁊ ſiquis
oculos cordis aperuerit ad intuēdū vl' ꝯſide
randū ꝑfectionē tue ſanctitatis vel compo-
ſitionem tui corporis.vel etiā profunditatē

no.

tue ſapiẽtie. infunditur illico exultatio mẽ-
tis vel iubilus cordis. ſeu ſerenitas corporis/
vel incentio alicui⁹ gratie ſpiritalis. O igi-
tur clementiſſima domina que vitã inſpi-
ras mortuis: ſalutem prauis: lumẽ cecis:
ſolamen deſperãtib⁹: conſolationẽ lugenti
bus: de theſaurio tue pſunde miſericordie
infunde queſo mihi cordis iubilũ: mẽtis le-
ticiam: pectoris claritatẽ: Eſto via ⁊ ſalus
anime mee. dulcedo ⁊ pax cordis mei: ⁊ re-
nouatio toti⁹ ſtatus mi: Stella maris cla-
riſſima: mat̃ dei cõpacientiſſima dirige me
protege me: defende me ƀ hoſtib⁹ ⁊ pericul'
omnib⁹. quatin⁹ tua ſuccurrente grã ⁊ opi
tulante miſcdia a vitijs omnib⁹ purgatus
⁊ a cunctis aduerſitati⁹ liberat⁹: ⁊ preſen-
tem vitam miſeram vram trãſire illeſus
⁊ ad ſempiterna gaudi venire ſecurus
Amen.

Sol in quartodecimo loco.





Dignaculū caſtitatis: liliū ṽgini
tatis o maria mulierib⁹ pulchrior
cunctis angelis purior. oīb⁹ ſanc-
tis ſanctior: pietate viſceroſior: ō-
ni gratia elegātior Archangelus te ſalutat:
deus pater te ſanctificat. ſpūs ſcūs tibi obū
brat: dei fili⁹ te deſponſat: Anime tue ſcitas
deum fide concepit: tui vētris puritas ipſū
caſte genuit: tui corpis ṽginitas ipm̄ flori-
de pepit O glorioſa et supergloriosa: o lauda
bilis ꝛ ſuplaudabilis. quis valet tua exp̄me
re merita: digne laudare preconia: dinume
rare mirabilia Celis gloriam dediſti: terris
deū obtuliſti: mūdo pacem refudiſti: Per
te lux cecis funditur: fides cordib⁹ oritur. cō
ſopiūtur vicia: confodiūtur demonia: eua
cuantur tartara. augmentātur celeſtia: re
creantur pauperes: ſuſtentant᷑ debiles: exaltā
tur humiles. infirmātes ſoſpitant᷑. patiētes
illuſtrātur. iferna p te claudūt᷑ ꝛ celeſtia re-
ſerant᷑ Ex quib⁹ clariſſima dn̄a liquet ꝙ ō-
niū benedictionē ꝛ laudē aſſequuta es: q̄a
oīb⁹ tua bn̄ficia īfudiſti. ꝗobrē patriarche
te deſiderāt: prophete ad te ſuſpirant: apoſ-

toli te amplectũtur: euangeliſte venerẽtur:
martyres te venerant: ↄfeſſores te p̄dicant:
v̓gines te circũdant. angeli te glorificant. et
om̄s inſimul te exaltant Ego vero pctõr q̄
non ſolũ ſum ſimilis vni ex illis: in laudem
gloriam et honorẽ tuũ offero tibi benigniſſi
ma dñª ſolem ſuper omnia lũinaria ſpecio
ſum et fulgidum. vt per me in quartodeciõ
loco tue corone nobilis collocetur: quatinꝰ
corona tua eo amplius clarificetur et illuſ-
tretur: copioſioriq̄ȝ pulchritudine decoretur
Nam ſol habet altitudinem in ſitu: agili-
tatem in motu: iocunditatem in aſpectu:
fecunditatem in affectu. luminoſitatem in
actu: que omnia cum tibi conueniant: ſolẽ
decreui in tua corona fore merito inſeren-
dum. Tu etiam o domina in alto es exal-
tata: quia tua cõuerſatio a terrenis extitit
elongata: Siq̄dem in arduis celoꝝ conſti-
tuiſti nidũ tuũ: cor tuũ ſupẽdiſti ad lumẽ
illud puriſſimum. et incircumſcriptum om
niũ rerum fontale principium columbino
et aquilino oculo cõtemplaris deum patrẽ
luminum: Per ardens deſiderium, diui-

num adorans miſteriū. exprimens charita
tis ⁊ deuotionis incenſum: potans ⁊ deguſ
tans ex torrente diuine voluptatis, ⁊ de dul
cedine interne ſuauitatis: Agiliter etiam
moueris propter pietatem. girum enim ce-
li et terre circuis vt videas neceſſitates pau
perū: ſuſpiria iuuenū: dolores feminaꝝ. la-
menta viduaꝝ: languores infirmantium:
vota tibi ſeruientiū. Vt velut patrona hu
mani generis: et afflictis rebus medica ſin
gularis. ſubuenias cunctis diuino mune-
re ex officio magne miſericordie tue ⁊ affec-
tionis viſceroſe Inſers etiam dn̄a iocūdi-
tatem intuentib⁹ ⁊ contēplantib⁹ te. ⁊ hoc
quia pulchra es ad intuendū: amabilis ad
contemplandū: delectabilis ad amandum
Cuius pulchritudinem ſol ⁊ luna mirātur
: cui⁹ ſplendore ſydera illuſtrātur. cui poteſ-
tates euangelice famulantur. Sed quis vt
tu dn̄a animas ſteriles ſic fecundat: Quis
ſic impinguat corda arentia: Quis ſic pec-
tora frigida calefacit: Omnia bona que il-
la ſūma maieſtas decernit facere: tuis ma
nibus voluit commendare Commiſſi q̄p-

peſunt tibi theſauri ſapiētie ⁊ ſciētie: iocalia
cariſmatū. decoramēta ꝟtutū: ornamenta
grāꝝ. Cū igitur ex ꝗo boio ſuper nos ſemi-
nas: ſterilitatem ucām fecundas. ſicq; ſalu
taria oꝑa facis producere: ⁊ fruct⁹ optimos
propagare. Quantos latrones feciſti peni-
tentes. quantas meretrices caſtas ⁊ ꝯtinē-
tes: quantos raptores pios elemoſinarios:
quantos ebrioſos pios ⁊ ſobrios: quātos gu-
loſos abſtinentes ⁊ modeſtos. quot luxurio
ſos caſtificaſti: quot iracūdos mites feciſti:
Clara etiam es ac ſplendida ⁊ tota lumino
ſa. Tu enim amicta lūine ſicut veſtimento:
per coronam duodecim ſtellaꝝ in tuo capite
rutilantem. ⁊ per ſolare palliū quo te iohā-
nes vidit refulgentē. nobis q̇dem declaraſti
q̄ ſicut ſol oriens mūdo in altiſſimis dei: ſic
ſpecies ⁊ decor tue refulgentie eſt in ornamē
tum ſuperne iheruſalē triumphantis ⁊ mi
litantis: Vñ ſicut dulce lumē ⁊ delectabile ē
oculis intueri ſolem. ſic iocūdum ⁊ ſuaue ē
valde omnib⁹ turmis āgelicis tuā cōſpicere
claritatem. Quamobrē mirant̄ in te ange-
li puritatem ſinceriſſimā: archāgeli ſancti-

f

tatem pfectiſſimā: principatus ſuperiorita-
tem venerandā. poteſtates cohercibilem po
tentiam: virtutes operationē mirificā. dña
tiones victoriam triumphalē: throni paca-
tiſſimam tranquillitatem: cherubin radiū
ſapientie refulgentis. ſeraphin amoris igni
culum eſtuantis Cū igitur tanta de te dña
mirabilia predicētur. oro vt tuū amorē mihi
infundas. demonſtra michi angelicū ⁊ ve-
nuſtū aſpectū tuū: ſicqȝ letus moriar grādi
ſpe ⁊ confidentia ſuffult⁹: de incorruptione
mea: ⁊ immarceſſibili gloria ſecurus. amen

## Smaragdus in q̊ntodecimo loco

Thronus ſapientialis. ſancte trini
tatis cathedra digniſſimā: filia dei
patris: dñi noſtri jeſu chriſti mat'
ūginea ⁊ ſponſa ſpecioſa. Tu mi-
hi domina poſt deum es ſalus mea: penes
te bonorum oīm eſt mihi multitudo repoſi-
ta Tu mihi es in fluctuatione anchora In
naufragio portus: in omī tribulatioē mea
ſubſidiū. conſolatio perfectiſſima in dolore.





In oppreſſione ſubuentio. in oportunitate auxiliū: in proſperitate moderātia. in expectatione leticia: recreatio in labore ⁊ pena: Oſtende ergo te ⁊ occurre mihi hilariter filia ſummi regis dulcedo anime mee. lumen mētis mee: pax ⁊ ſerenitas cordis mei: Videam te tripudiū angelorꝝ. reparatrix pditorꝝ. corona liliorꝝ v̄ginalium. Cognoſcā te ſpes penitentiū: lumen mentiū. fons oīm bonorū: corona triumphātiū: Appare mihi conſolatrix anime mee. ſuauitas cordis mei: via ſalutis mee. Amplectar te ſanctior ⁊ caſtior deſideriis virgo: liliū caſtitatis. pmiceria mūdicie v̄ginalis: Sed quia decorem ⁊ pulchritudinem tuā honorare decreui: rogo te dn̄a vt ſmaragdū lapidē precioſum quem in q̄nto decimo loco tue corone ſtatui ſituare: in laudē tuā ⁊ glāz acceptare digneris. Smaragdus enim lapis precioſus eſt: carus ⁊ ſpecioſus: virore placid⁹ ⁊ oculis gracioſus. huic v̄go valde aſſimilaris. regina ⁊ ſtella orientalis. Que enim creatura vnq̄ fuit carior ⁊ p̄cioſior deo. vtilior mūdo neceſſarior generi humano: Tu nō ſolū ſpecioſior es lapidi-

bus pretioſis: Verum etiam cunctis ſeni-
nis: ſole luna ac ſtellis: celis angelis ⁊ ſanc-
tis vniuerſis. Tu etiam es lignum pomife-
rum in medio paradiſi: qui per viuis fōtis
irriguum: vires flores et frōdes fructificas.
Vires in germinatione bonorum morum.
flores in prolatione virtutum: frondes in di-
latatione pietatis: fructificas in operibus
ſancte charitatis: Viror tuus oculos mētis
et corporis clarificat: virtus tua languētes
recreat: odor tuorum florum mortuos ſuſci-
tat: dulcedo fructuū tuoꝝ pereuntes et deſ-
peratos ſaluat: Clarifica ergo domina mea
oculos mentis mee tuo grato virore: recrea
animam meā tuo ſancto dulcore: me' mor-
tuū reſuſcita tuo miro odore: Poſſideam te
totaliter in medio cordis ⁊ in archanis pec-
toris mei: lux mundi: gaudiū padiſi. ſplen-
dor eccleſie: leticia iheruſalem. honorificētia
populi noſtri: infunde amorē tuum arden-
tiſſimū in viſcerib⁹ meis: vt ferueam ad lau-
dandū te: ad glorificandū te: ad loquendū
de te: ad predicandū de te: ſonet grciosa vox
tua dn̄a ī aurib⁹ meis: ſentiā venas ſuſur-

rij tui. oſtende mihi pulcherrimam faciem
tuam: ⁊ ſalua erit anima mea Et cum om
nia viſcera tua pietate ⁊ miſcdia ſint plena
ſiſq; poſt deum ſingulare refugium noſtꝝ:
oro vt pie ⁊ clementer audias planctū dolo-
rum quibꝰ atterimur: miſeriaꝝ quibꝰ affli-
gimur. anguſtiaꝝ quibꝰ cruciamur: Nam
hodie pax de terris fere euanuit: humana
natura lãguet et deficit: chriſtianꝰ chriſtia-
nū ſpoliat ⁊ occidit: Meſſes ⁊ fruges a feris
ſceleſtibꝰ deuorantur. ⁊ paſſim homines tri
bulantur. Cotidie pullulant vicia: cotidie
cumulantur peccata· hinc inde diſcurrunt
demonia: terremotus quãdoq; magni fiūt
per loca: pietas ⁊ miſericordia deſinit a lay-
cis: honeſtas ⁊ caſtitas a clericis: cupiditas
⁊ indeuotio regnat in religioſis Seculares
aurum ⁊ argentū aggregant: religioſi hec
eadem ambiunt ⁊ deſiderant: prelati ad di-
gnitates anhelant: euertūtur caſtra: depo-
pulantur vrbes. ſeuiūt mortalitates: fiunt
fraudes ⁊ deceptiones: propalãtur mẽdacia
:perpetrantur furta: expoliantur monaſte
ria: ꝯſtuprãtur ỽgines: violãtur moniales.

deturpātur maritate. Ecce clementiſſima
dn̄a in quantā miſeriā cecidit humana na
tura: in quātam triſticiā corruit mat̄ eccl̄a.
quanto dolore cruciatur omnis creatura:
Condoleat igitur pia mater pius affect⁹ tu
us: moueantur ſup gen⁹ humanū viſcera
miſcdie tue Aſſiſte pro nobis ante tribunal
dei: flecte rigorem dei patris. reuoca ſenten-
tiam iudicis.. frena ſufficiāt aduerſarie po-
teſtatis. Noua pax oriatur de celo. opa pie-
tatis reuiuiſcāt in ſeculo: actus virtuoſi re-
floreant in clauſtro: merita tua recolantur
in mūdo Laus ⁊ gloria reddantur dn̄o noſ
tro ihesu chriſto: ⁊ patri ac ſpiritui ſancto.
amen.

Sponſa in ſextodecimo loco





TU domina nrã es ſpecioſa valde: virgoq; pulcherrima ⁊ viro incognita: Specioſa es inter oẽs filias ihr̃lm: quia ille ſponſe criſti tãtum: tu vero mater ⁊ ſponſa. Ille vno tantum ỽginitatis gaudent priuilegio: tu vero fecunditatis ⁊ ỽginitatis tanq̃ duplici p̃ticularis ornamento. Pulchra es etiã caſto amore. pulchrior pietatis ope: pulcherrima pro chriſti ỽginea ꝯceptione ⁊ parturitione Pulchra in ỽginitate. pulchrior in humilite: pulcherrima in charitate: Pulchrã te fecit morũ ſuauitas: pulchriorẽ opeꝝ ſãctitas: pulcherrimã regalis maieſtas: poteſtatibꝰ angelicis circumuallata omnino fuiſti: intacta mẽte: ⁊ corpe iuiolata: Tu es illa maris ſtella ſupremo rerũ tardine. deo proxiã: ad quam ſuſpirant chriſticole inter fluctus huiꝰ ſeculi remigãtes: quatenꝰ nrẽ cecitati infundas radios fidei: quos infelix hõ nudatus iuſticia cito a ſe repulit ⁊ abiecit: Idcirco vt a te merear illuſtrari tuiſq; meritis ſaluari: offero tibi quẽdam florem pulcherrimũ ſcilicet violam: que in ſextodecimo lo-

co tue corone per me nunc inſcritur: vt eius
odore placido reſpgatur Eſt enim viola de-
corus. floſculus colore iachinctinꝰ. mire odo-
riferus. in medicinis proficuus Iſte flos o
dña valde corone tue congruit: qꝛ tu illũ valde
ge in v̄tutibꝰ imitaris: Nam tu ſacra virgo
es viola puritatis: viola pudicicie: viola caſ-
titatis. viola redolentie: viola ſuauitatis. in
colore ſereno ſimili celo iachinctino notatur
affectꝰ tuus de terris ad alta eleuatꝰ Tu eñi
dña inter aſtra matutina cõſtituiſti cubi-
le tuum. vt cũ filijs dei iubilantibus lauda
res creatorem tuũ Ad ſponſum enim tuum
in dextera maieſtatis tue ſedentem ſuſpen-
diſti cor tuũ Unde quidam ſcũs dicit In q̃
ſublime ſanctũ verticẽ erexiſti dña uſqꝫ ad
ſedẽtem in throno. uſqꝫ ad dñium maieſta-
tis Sed ⁊ fragrantia tue mire ſuauitatis ⁊
redolentia tue dulcis ⁊ pie viſitatiõis corda
te diligentium letificas. ⁊ tuo leni ⁊ ſpiritu
ali tactu languẽtes recreas atqꝫ ſanas. Ido
dicit quidam ſanctus Tu patrona huma-
ni generis: tu afflictis rebus medica ſingu-
laris: ⁊c. O dulcis medica. animaꝝ cura-

trix ⁊ cordium illuſtratrix: ſana languores
meos: illumina cecitatem meam: illuſtra fi
dem: confirma ſpem. accende charitatē Tu
ſtella lucida: que ſplendorē paterne glorie in
ſplendoribꝰ ſanctoꝝ preruttilantem nobis ge
nuiſti: eternū mane in vmbra mortis ſedē-
tibus nunciaſti. velut aurora cōſurgēs cur
ſus eterni ſolis protuliſti: luce gratie mūdū
illuminas: iubare vᷣtutum ſanctam eccl'aꝫ
illuſtras. ſplendor tuus illuſtrat celum: illu
minat mūdum: penetrat infernū: vicia ab
olet: virtutes refouet. ſanctitatē miniſtrat.
pacem ⁊ charitatem de celis nobis procurat.
Tu etiam luces innocentia. radias caſtita-
te: totius ſanctitatis magnificaris ornatu.
Tu mater es eterne lucis cuius claritate ā-
geli gratulantur: gaudēt hoīes: ⁊ ſpiritali
iocūditate ſpiritꝰ ⁊ anime iuſtoꝝ reficiūtur.
Tu es aurora ſolem generans qui indefeſſe
rutilans continua te luce iocundat: huius
ſplēdore irradiaris: feliciter illuminaris: ex-
cellentiſſime illuſtraris. Tu porta templi
clauſa: regum principi preparata: domus

dei ſacrata: ſigillo totius trinitatis ſignata. Tu nubes lucida per quã caligo peccõꝝ deſtruitur: nubes rorida qua nrã ariditas dulcoratur. noſtra ſterilitas fecũdatur. nubes cãdida qua caligo animi dealbat᷑. de q̃ nube ſic rimatur. O nubes lucis fulgida in celis ſublimata. velle͡c v̄gula florida. grã fecũdata. arca roꝛe madida deſurſum irrigata Irroꝛa coꝛda arida. ſtilla dulci ⁊ grata. Tu thꝛonus ſapientie ⁊ virga eq̃tatis. tu cedrꝰ pudicicie: tu vitis pubertatis: cypreſſus redolentie: oliua lenitatis ad poꝛtum indulgentie duc nos fons pietatis. Tu caſtitatis lilium: gemma oꝛientalis: trinitatis triclinium. thꝛonus impialis. peccatoꝝ refugiũ materq; principalis. ad celoꝝ faſtigiũ nos trahe flos vernalis Sacramentis inuntio ſpõus miri ſplendoꝛis: legio nrẽ prefatio: textus ſummi doctoꝛis: Eſto noſtra protectio mater plena dulcoꝛis: noſtre ſalutis actio: poſt hanc vallẽ meroꝛis Amen

Ametiſtus in decimo: ſeptimo loco. 1.





Salue ſancta mater dei: aureū re-
clinatoriū ſaluatoris mūdi. orien-
tale lumē ſcōꝝ pectora illuminās
ꝛ illuſtrās. philoſophia virtutis:
chriſtianoꝝ magiſtra. clauſtraliū diſcipliā
doctrina pacis: gladiꝰ ſpūs: galea victorial':
Tua v̄tus irradiat celos: letificat āgelos: e-
uacuat tartara: terret diabolos: Tu thronꝰ
imꝑial' ꝛ ſedes iudiciaria ſcē trinitatis. dor-
mitoriūqꝫ iheſu chriſti: a ſcō ſpū conſecratū
ſanctificatū ꝛ adornatum In terris adora-
ris: in celis coronaris/ fortē alligas: vaſa cap
tiuitatis rapis. Tu mater virtutis: mortifi-
catrix criminis. regni celoꝝ clauis: ſpeculū
caſtitatis: Salue v̄go ſpecioſa terreſtria ꝯſe
derans celeſtibꝰ: homines ſocians angelis:
ꝛ ſempiterno ſedere copulans pͥma ſūmis. O
v̄go ſctiſſima ꝛ ſincerriſſima a patriarchis ꝑ
figurata: a prophetis p̄mōſtrata: ab apl'is
p̄dicata. a doctoribꝰ preticulata. Ex quo igit̄
tot tantiſqꝫ bonis illuſtraris. ꝛ a cunctis ſic
magnifice cōmēdaris: iuſtū eſt vt modicū
qđ de mea tibi penuria offeram: ad clarifi-
candū maieſtatem tuā venerandā

Suſcipe ergo gratanter dña p̃cioſum lapidem ametiſtũ quẽ in xvij° loco tue corone ſitũo/vt illi p̃beat ſplendorẽ ſuũ: Eſt aũt ametiſtus ex p̃te violaceus ꝛ ex p̃te roſaceus: ꝛ ſuper lapides p̃cioſos purpureos obtinet p̃ncipatum: Et q: huic dña ſimularis: debet in tuo capite ſituari Tu enim fuiſti grata et odorifera vt fiola fragrans. atqꝫ purpurea velut roſa In viola puula tua hũilitas cõmendatur. ꝛ in roſa colorata tua caritas deſignatur Vt enim ex cõtemptu tui te feciſti dei ancillam humilem: ita ex amore flãmeo quo eum dilexiſti. ipſe te fecit gloria ꝛ honore ſublimari: Tantaqꝫ ſunt tibi data cariſmata grãꝝ totqꝫ prerogatiue ṽtutũ: vt nõ ſolum omnes homines precelleres: verũ etiam angelos ꝛ archangelos celiqꝫ p̃ncipat° ꝛ poteſtates atqꝫ cherubin ꝛ ſeraphin legiones. Superaſti ſiquidem ṽgines per caſtitatem mirabilẽ. miranda enim fuit tua ṽginitas: quia fecunditate priuilegiata: Ex fecunditate tua virginea propagaſti nobis redemptorem omnium: ſaluatorem ſaluandorum: reparatorem angelorũ: quod nulla alia ṽgo facere potuit: Superaſti ꝯfeſſores

Viola.

per virtuoſam opationē. Licet enim illi mi-
ra fecerint: tamen tu ipſis fuiſti ſuperior in
ſignis v̇tutū: in laborib⁹ pñie· in operib⁹ mi
ſericordie. in feruore ſpūs: in affluentia pie-
tatis Superaſti martyres ꝑ victoriam tri-
umphalē: Nulli enī doli temptatoris clau-
ſtra tue v̇ginitatis potuerunt diſrumpere
Nulla blandimēta ſeductoris valuerūt tu-
am conſtātiam emollire: nulla iacula hoſ-
tis ſeuientis tuam fortitudinem potuerūt
ſuperare Superaſti apl'os per excelſiuam
ſanctitatē. Fuiſti enim illis ſupior in amo-
re dei in dilectione ꝓximi: in cognitione
miſterioꝝ iheſu chriſti: in capacitate ſecre-
toꝝ altiſſimi. ⁊ in deguſtatione glorie celeſ-
tis: Superaſti patriarchas ⁊ prophetas in
fide ſpe ⁊ longanimitate: in clariori cogni-
tione preteritoꝝ et futuroꝝ: ⁊ in intelligen-
tia enigmatum ⁊ figurarū. Superaſti ō-
nes cohortes ⁊ phalanges ſpirituū ſupnoꝝ
in puritate mentis in claritate intellectus.
in ſignis virtutib⁹ ⁊ prodigijs. in refrenādo
hoſtiles inſultus:. in principatu mirabili:
in dominatu glorioſo: in trāquillitate pa-

cis:in ſplendore ſapientiali:in ardore chari-
tatis Cū igitur dulciſſima dn̄a oīa bona
a deo in tua manu ſint poſita:vt liquet ex p̄
cedentib⁹. rogo vt tu hanc orōnem rigmati
cam digneris placcint ſuſcipe:vt pacem ⁊ in
dulgentiā mihi valeat impetrare. O virgo
ſplendor glorie ſanctificata ſpū:in cauerna
macerie colūba plena gemitu Nobis egipti
exitu occurre plena grē. et maligne familie
defende nos a fremitu: In iuſtoꝝ exercitu
dulci ſruamur requie Graꝝ monilib⁹ orna-
ris chriſti grā:p̄cioſis lapidibus virtutū ful
ges gloria Tu plena ſapientia cūctiſqꝫ cha-
riſmatib⁹:nos demonū inſultib⁹ tua ſerua
potentia. Da nobis pacē omnibus virginū
primiceria. Tu ſempitno federe celeſti ſpon
ſo iungeris:fac nobis dulceſcere hunc cuius
mater crederis:Et cū ſis archa federis:pla-
cidum velis reddere illū vindicte tempe. me-
ritis quib⁹ fulgeris:ſuccurre nobis miſeris.
iā lucis orto ſydere:⁊ digneris occurrere no
bis in die funeris:Amen

Luna in decimo octauo loco





Gaude ⁊ letare filia ſpon: vgo inclita. liliū paradiſi: q2 in te gaudēt angeli atq3 archāgeli: cherubin quoq3 ⁊ ſeraphin pncipat⁹ ⁊ poteſtates totiuſq3 celeſtis exercit⁹ legiones Siquidē tu es recōciliatio mūdi. forma pacis: via ſalutis. regula diſcipline Te ſaluator adamauit: te amplexatus eſt: tua carne ſe induit: tibiq3 ſuā grām commendauit. Ideo pro tantis bñficijs te laudant āgeli. dominationes adorant: principatus ⁊ poteſtates colunt ⁊ celebrant: beataq3 ſeraphin exteriſis alis preferūt ⁊ demonſtrāt ¶ Et ego paupculus peccator ⁊ indign⁹ vt tibi aliqualit̄ cōplaceam: ī ſextodecimo loco tue corone ſituo lunam clarā ⁊ lucidā. vt ſplendore ſuo illuſtret ⁊ clarificet illā: Luna enim a ſole lumē recipit: eſtq3 illuminatiua noctis amica et diffuſiua roris: reuelatiua latronis Que cū tibi clariſſima dña optime conueniāt: merito debet in tuo diademate collocari Tu ſiquidem ante illā altiſſimā maieſtatē collocata illi: tuos caſtos ⁊ puros obtut⁹ es infigens. deum omnipotentem ſedentē in throno cupide ſitiēs ⁊ concupiſcens. qui tibi ve-

lut ſuo grato amabiliqꝫ obiecto ſuam clari⸗
tatē trāſmittit ⁊ cōmunicat: ex qua tu dn̄a
peccatoꝝ noctem illumias. tenebras cordiū
ꝓpellis ⁊ fugas: ariditatem aiaꝝ grā refi⸗
cis ⁊ impinguas Et preter hec detegis con⸗
uenticula demonū: illuſioēs aeriaꝝ umbra⸗
rum. machinatioēs latronū ſpiritualium:
⁊ omnes nequicias diabolicarum falſitatū
¶ O igitur ſancta virgo virginum: ſanctū
⁊ benedictum triclinium ſuperne maieſta⸗
tis: quātis laudib⁹ tenemur te laudare: q̄n
tis precib⁹ ⁊ lachrimis te inflectere. vt ab his
ſpiritualibus nequicijs nos defendas ⁊ mu
nias. bene viuendi grām tribuas. bonūqꝫ
finem nobis concedas Tu enim es glorioſū
reclinatorium ſaluatoris ſeculoꝝ: qui ex tua
clara carne ac virginea in aula tui caſtiſſi⸗
mi ventris nobile ⁊ honorificū precinctoriū
ſibi fabricauit: ad crudelē mortis principem
debellandū Tu enim etiam es ſanctū ⁊ im
mobile ⁊ intemeratū ſacrariū ſpirit⁹ ſancti
in quo idē ſpūs ſanctus repoſuit theſauros
ſuarū gratiaꝝ et chariſmatum Reconditi
namqꝫ ſunt apud te thezauri indeficientes

veritatis ꝛ gratie. pacis ꝛ miſcdie: ſalutis et ſapientie: honoris ꝛ glorie. Adhuc etiã idem ſpũs ſcũs contulit tibi. vt in nõie tuo omne genu flectatur celeſtiũ terreſtriũ ꝛ infernorum: ꝛ omnis lingua confiteatur qꝫ mater dñi noſtri iheſu criſti in gloria es dei patris ſedẽs ad dexterã amãtiſſimi ſponſi ꝛ vnici filij tui. immarceſſibili corona duodecĩ ſtellarũ fulgore radianti inſigniꝰ coronata. turmis ṽginalibꝰ cõſtipata: ſup oẽs ſcõs mirificentiꝰ exaltata: alternantibꝰ hymnicidis angeloꝝ choris in lilijs ꝑpetue viriditatis intra curiam ꝑadiſi Ad quã nos ꝑducat filiꝰ tuus iheſus chriſtꝰ dñs noſter: Amen.

Cryſolitus in decimonono loco.

ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO





Iocundare virgo filia syon ⁊ exul
ta satis xp̄i mater ⁊ sponsa. quia
dñs est tibi in lucē sempiternam.
⁊ filius tuus amantissim⁹ in glo
riam tuam. Vox speculatoꝝ celestium reso-
nat tibi laudē: ⁊ iubilus astroꝝ matutinoꝝ
distillat tibi cāticum gl'e ⁊ honoris Et meri
to q̄dem: Nam luce miseratiōnū tuaꝝ celi ⁊
terra illustrātur. Quis enim viscerosa mat̃
vitare potest pietatis tue dulcedinem Tu-
is enim meritis cōfunditur diabolus: eua-
cuatur tartarus. illuminatur mūdus: tri-
pudiat angelus: repletur p̄adisus. Quas
grārum actōnes tibi regina veneranda: ego
indignus ⁊ peccator potero referre: In tuo
sancto vtero latent diuina misteria. in tuo
scō corde dei archana: in tuo scō pectore resi-
det dei sapientia: in ventre tue mr̄is grā fu
isti repleta. nulla sorde vnq̄ polluta. nullo cō
tagio maculata. deū caste ꝯcepisti: sacra car
ne induisti: illibate pepisti. Et q̄r sacra dña
ꝑtulisti nobis dulcissimū pueꝝ in salutē et
glām sempiternā In laudē ⁊ glām tuā of-
fero tibi trisolitum lapidē p̄ciosū: vt in loco

decimonono inter corone nobilis collocetur Criſolitus partim aureo colore partim ma- rino decoratur: jn auro pietas: jn calore ma- ris amaritudo exprimitur Nā ſicut aur͛ oīa metalla ſuperat: ſic pietas oīa exercitia cor- poralia promiſſionē hu̇ꝰ vite que nunc eſt ꝛ future: ꝛ eſt ꝓprie cultꝰ dei. Tu igitur dn̄a ſemꝑ fuiſti pia erga miſeros. dulcis erga tri bulatos ꝛ miſericors erga paupes: Fuiſti e- tiam dn̄a piiſſima diuino cultui te totaliter dedicando: deum toto corde diligēdo: ipſum totis viribꝰ laudādo. in eum tēdendo: ciꝰ fa- ciem ſemꝑ querēdo: ipſum ↄtemplando: illi inherendo: illum guſtando: ꝛ de torrēte vo- luptatis eius potando: Et preter hec illum in tuo vētre virginco humanatū portaſti: ſi- ne dolore peperiſti. ſacro vbere lactaſti: flētē dulciter cōſolaſti: amabilit͛ nutriuiſti: dul- cia oſcula impreſſiſti: Jta vt nullis vſibꝰ vn- q̄ꝫ mancipata fueris niſi diuinis Fuiſti eti- am ex pſecutionibꝰ ꝛ tribulationibꝰ filij tui amantiſſimi amaricata. ꝛ ex doloribꝰ ꝛ paſ ſionibꝰ eius multum anguſtiata. ꝛ ex ipſiꝰ morte in anima gladio tranſfixa vt tibi fu-

erat prophetatum. Et tuam ipſius animā pertranſibit gladius ¶ Ergo cum tot inſi-gnia de te dn̄a predicentur: verte ſanctum ꝛ pium intuitū tuum ſuper me peccatorē miſerum omni gratia priuatum Illuſtra ſpiritum meum: accēde cor meū: viuifica animam meam: renoua mentē meā. Pia mat refice me: virgo prudēs inſtrue me: lucerna mea illuſtra me: virtus mea ꝯforta me Per te dirigatur mea oratio. per te accēdat mea meditatio: per te illuſtretur mea contēplatio: per te regatur mea operatio. ꝑ te gubernetur mea intētio ꝛ affectio Intret lux tua in corde meo: ꝛ amor tuus in viſceribꝰ meis: ꝛ charitas tua in ꝓcordijs meis: vt dulciter ſapiam de te. ꝛ videam ꝛ intelligam q̄d placitum ſit ꝛ acceptum ſit. coram te omni tēpe Tu v̄go ſanctiſſima es archa teſtamēti circumtecta ex omni parte auro. in qua ſunt omnes theſauri grē ꝛ mīe dei: interiꝰ inaurata v̄tutibꝰ: exteriꝰ fabricata auro puriſſīe deitatis: interiꝰ fulgēs ſplēdore puritatis. exteriꝰ rutilans operibus charitatis: interius innocentia et pietate: exteriꝰ vero miraculo

rium claritate. Tota es munda intus in mē
te: tota pulchra exterius in operatione. tota
carens macula: tota deo ſacrata. diuina cla
ritate refulgēs: diuinis laudibꝰ reſultans:
Tu es templū dñi. ibi eſt omnis potētia in
charitate: ſapientia in humilitate: benig-
nitas in ỽtute: ſoliditas in credulitate: ſim-
plicitas in ꝑfectione: caſtitas in ỽginitate:
ſanctitas in actione ⁊ opere. Tu es vita mū
di. medicina animaꝝ lāguentiū: arbor vite
in medio ꝑadiſi: cuiꝰ fructꝰ ſanat contritos:
reparat lāguidos. cōſolatur triſtes: ſuſtētat
imbecilles. Tu etiā dña es gl'a mūdi. colū-
na celi. firmamenti veritatis: rūphea per-
emptrix baratri. morſus infernalis diaboli
Tu extinguis cōcupiſcētias: fructꝰ ỽtutum
germinas. temptatos roboras: cecos illumi
nas: eſurientes paſcis: morientes tuo carac
tere munis: ⁊ ſalutari ducatu perducis ad
gloriam paradiſi. Amen.

Obſequiū in viceſimo loco





Sicut ſol oriens mũdo in altiſſimis
dei: ſic ſpecies tua v͛go regia in or-
namentũ totiꝰ aule p̄adiſi: quam
ſpeciē ꝯcupiuit rex regũ dñs ⁊ p̃n-
ceps regnantium: faciens in te admirabile
cõmerciũ. ſuam nobis tribuens deitatem.
⁊ noſtrã capiens mortalitatē: vt paup̄tatē
nr̃am de ſtercore erigeret: ſceptriſq; imp̄iali
bus ac perhenni regno illã mirabiliter in-
ſigniret. Jdeo ab omĩbꝰ beatiſſima predica-
rio: q2 omniũ bonoꝝ nobis eo cauſa effecta:
non ſolum ſalutis ꝑpetue. verumetiã totiꝰ
v͛tutis ⁊ ſctitatis vite. oſtēdēs nobis exemplũ
bonoꝝ opm: ⁊ impetrans a dño diuerſa ca
riſmata grãꝝ Nam per te influit deꝰ miſeri
cordie ſue dulcedinē ſiue pietatis clemētiam
⁊ grẽ vbertatē Per te diſpenſantur diuina
cariſmata: ꝑ te reſerantur archana celeſtia
Jn te latēt celica miſteria: ex te manãt eccl̄ie
ſacramēta Gaudia accumulas ãgel'. ſalutē
paras hõibꝰ: pacē terris annũcias: deũ ad
miſerandũ inclinas Per te lux in cordibus
infunditur: dulcedo pectoris diſtillat: merē
tibus gaudiũ. triſtibꝰ ſolaciũ oritur: brauiũ
laborantibus ⁊ corona certantibꝰ impartit̃

Tu es fructus saluificus viuo fonte rigat⁹. pietatis balſamiticum liquorem diſtillans Ex te enim diffluunt charitatis aromata: ſuauitatis vnguenta. decoramenta virtutū. ⁊ irrigua lacrimarum Tu cynamomo fragrantior. tu cedro virtuoſior. cypreſſo redolentior: omnib⁹ pigmentis ſuauior Tu aiāꝝ ſpeculum. tu nectar angelicū: imperiale ornamentum Per te fracta ſunt tartara: redēpta plebs captiuata. ⁊ celeſtia patefacta. Ex te prodeunt flores roſaꝝ. lilia cōuallium ⁊ oīa genera ſpecierum. In te ſunt theſauri omniū p̄cioſoꝝ lapidū· fragrantia oim̄ vnguētorū. ſuauitas oim̄ aromatū: ⁊ claritas omniū ſtellarū Virtutes tue ſunt p̄cioſiores auro: fragrātiores cynamomo: pulchriores ſaphiro. Merita tua vincūt ſuauitatem vnguentoꝝ: odorem aromatū. decorē ornamētorū regaliū. fecunditas tua rutilat vt ſtella matutina: ſplendet velut luna plena: refulget vt ſol in virtute ſua. Ideo pro tantis meritorū prerogatiuis ego peccator de mea penuria in honorē ⁊ glām tuā offero tibi ſolſequiū florē paruulū ⁊ gratū: vt in tua co-

rona affigatur: ⁊ in loco viceſiō collocetur.
Solſequiū dicitur quaſi ſequēs ſolem: Nā
ſole ſup cū oriente. ſtatim applaudēdo ſe illi
aperit. eo vero recedente velut triſtis ſe in ſe-
ipſo reſtringens complicat atq; claudit. Huic
aſſimilaris vgo puriſſima. Nam cū ſol iuſ-
ticie videlicet vbū inpnū prodiēs: nec pa-
tris linquens dexterā, ad opꝰ ſuū exiēs ſuſce-
pturꝰ naturā nrām: ingreditur vterū tuū:
volens induere nrē carnis palliū. ⁊ ex puriſ-
ſimis tuis ſanguinibus ſibi fabricare indu-
mētū. q̄ gratulant' ⁊ feſtine illi affectū tuū
reſeraſti: ſinū mētis dilataſti: deſiderium
cordis extēdiſti. ⁊ vt in tecū remaneret: il-
lū amoris āplexibꝰ reſtrinxiſti. Cum vero
poſt mortē ſuā ſe a tuis aſpectibꝰ abſentaſſz
triſtis remanſiſti: ⁊ ſolitaria dolēs ⁊ geme-
būda multiſq; calamitatibꝰ preſſa. Et ſicut
ſolſequiū eſt gratū oculis in colore. ſic tu ex
humilitate ⁊ benignitate tua fuiſti oculꝰ ſu-
pne maieſtatis grata. totiꝰq; ſcē trinitatis
aſpectui placētiſſima. In tua quoq; vgini-
tate dei filio placuiſti: ac angelis vginibus
⁊ ſcis oīmbꝰ oblectamētū pſtitiſti. ¶ O igit'

puella virginea: humilitate placida: virtuti-
bus odorifera: charitate ignifera ꝛ lumino
ſa Tu cor deuotū mira dulcedine delectas ꝛ
inebrias: pectꝰ purgas ꝛ caſtificas: aiām ir
radias ꝛ illuſtras: ōnia interiora illumīas
ꝛ ſerenas. In amorē tuū oro feruescat affcūs
meꝰ: liqueſcat aiā mea: inflāmetur cor meū
: gratia tua refouēātur viſcera mea: dulco-
re tuo pingueſcant omnia interiora mea:
Nūq̄ deficiat laus tua de ore meo: nec amor
tuus de precordiis meis: nec ſcm̄ nomē tuū
de corde meo ꝛ memoria mea. vt te ſemꝑ ſen
tiam in ꝑiculo protectricē: in temptatione
ꝯſolatricē. in tribulatione adiutricē: in ad-
uerſitate liberatricē. in neceſſitate ſubſidiū
in conflictu mortis ſolaciū. dux fidelis ꝛ ſo-
cia angeloꝝ gaudia ꝑduc me ad regna celo
rum. amen.

Criſopaſſus in viceſimo loco primo.





Una mulier hebrea fecit confuſionē
in domo nabugodonoſor. Mulier
hebrea eſt virgo regia v̄tutū mo-
nilibꝰ adornata: ab abraham pa-
triarcha hebrea nūcupata. que de radice ieſ
ſe velut virga vernula propagata: florē pro-
tulit pulcherrimū: dominū ſcilicet iheſum
chriſtum. cuius odorem ſentiūt mortui: cu-
ius fragrantia reſperguntur celi et inferi.
cuius redolentia recreantur homines vni-
uerſi. Tu virgo virga peſſe gracialis. ex tenu
ata celeſtibꝰ diſciplinis. virgo aromatiſans
fragrantia caritatis et ſanctitatis: v̄ga do-
minationis ⁊ virtutis. confuſionem in do-
mo nabugodonoſor, ſcilicet diaboli feciſti. cū
virgam tyrānidis eius ꝯfregiſti: extinguēs
olofernem eiꝰ principem: principatū ⁊ dn̄a-
tionem eiꝰ a nobis euacuando crudelem. iu-
gum eius a facie eius feciſti computreſcere:
⁊ ab oppreſſione noſtra ipſius ceptrum du-
riſſimū deperire Et ideo beata et benedicta
ab omnibꝰ predicaris: per quā ſalus datur
mūdo: gaudiū celo: laus honor ⁊ gloria deo.
pax peccatoribꝰ: ſpes lapſis: eccio lux: eccleſie

gratia et benedictio iuſtis ꝑpetua beatitu-
do: Propt̃ qḋ cum is talis ac tanta oīm̄qȝ
bonoꝝ poſt deū nobis cauſa extiteris. extol-
lo te laude q̇ntuplic: vt grā ⁊ miſcḋia tua di
gnus merear inuiciri. Aue regina miſcḋie
ſpōſa chriſti: mat̄ dei. filia ſummi patris: a-
mica ſpū̃s ſancti. ſcāno mūdi. lumē eccleſie:
dulcedo pietatis: Aue regina virginū. impe
ratrix angeloꝝ: exultatio beatoꝝ: amica pa
cis: mater virgo: dulcis femina: lucerna iuſ
ticie. doctrina ſanctitatis. Aue roſa placēti-
or: lignū vite: lilium padiſi: tricliniū trini-
tatis: eterni v̇bi palaciū: felix celi ianua: cō-
ſolamen in merore. Aue plena grā. mater
paupm: aduocata peccatorū: ceptrū equita
tis: gaudiū anime: pax pectoris: tripudium
⁊ leticia cordis Aue noſtra fiducia firmamē
tum debilium. ſplēdor in tenebris. funda-
mentum fidei: portus indulgentie. via peni
tentie. fons dulcedinis: cauſa noſtre ſaluati
onis. Sed q2 ampli9 te honorare cupio. cry-
ſopaſum lapidem precioſum tibi offero/ quē
in viceſimo primo loco tue corone affigere cu
rabo. Cryſopaſus aureo pallore refulget: et

coloꝛe viridi decoꝛatur. Cui quia ſimilis effi
ceris: debet tue coꝛone merito inſigi. Tu tã-
ꝗ̃ aurum ante deum rutilaſti: ꝛ ſanctoꝛũ
operum viroꝛe ei complacuiſti: In auro ſi-
quidem ſapientia: in viroꝛe virginitas deſi-
gnatur. Fuiſti enim dña virgo pura: vir-
go ſancta: virgo immaculata mente ꝛ coꝛpe'
illibata Et quia te deo virginem dedicaſti:
primaqꝫ illi virginitatem vouiſti: ſcientia ꝛ
ſapientia copioſiſſime data ſunt tibi. Ideo
vt virgo prudens ꝛ femina ſapiẽs ꝯſtruxiſti
domũ tuam. non dico tibi ſed deo. Nam il-
le qui in celis habet habitationẽ ſuã: ſpecie
ꝛ pulchꝛitudine tua illect⁹ in tua ſcã anima
conſtituit thꝛonũ ſuum: ꝛ in tuo aluo virgi
neo domiciliũ ſuũ. vbi cõpetit noſtre ſubſtã
tie palliũ: quo vicit humani generis inimi-
cũ Ex quo etiam traxit ſanguinẽ purpure
um. delentem nrẽ ꝑditionis cyrographum.
placantẽqꝫ nobis deum patrẽ omniũ: Sed
quia tante maieſtatis habitationem oꝛna-
tam condecet apparare. ille q̃ in te poſuit ta
bernaculũ ſuũ: oꝛnauit te ſeptem donis ſpi-
ritus ſancti. tanꝗ̃ ſeptem precioſarũ mar-

Septẽ dona ſpũs ſcĩ.

garitarũ nobiliſſimo ornamento Primo or
nauit te dono ſapiẽtie: qꝰ tota es in diuinis
eleuata per amorẽ extaticum: Scđo ornauit
te dono intellectꝰ. quo in archanis es dilata
ta per ſplendorem ierarchicum Tercio dono
conſilij: quo facta es prudens ſagax ⁊ aſtu-
ta per documentum celicum Quarto dono
ſciencie: quo facta es in ſcripturis educata
per xpi magiſteriũ: Quinto dono fortitudi
nis. quo fis fortis conſtãs ⁊ vigoroſa contra
omnem aduerſitatem: Sexto dono pietatis
quo fis pia clemens ⁊ viſceroſa propter in-
fuſam charitatẽ. Septimo dono diuini ti-
moris: quo fis mitis ſimplex ⁊ timoroſa er-
ga tremendam maieſtatem/ Et ideo rogo
te clementiſſima dña: vt tua gracia muni-
at frontem meã: illuſtret ſenſus meos. corpꝰ
caſtificet: pectus ſanctificet cor inflammet:
virtus tua intret in animam meã: illumi-
net conſcientiam meã. purificet carnẽ meã

nota bñ.

Gratia et virtus tua me tueatur in temp-
tatione: me conſoletur in tribulatione: mi-
chi aſſiſtat in periculo: me protegat a pecca
to. Gratia tua mihi aſſiſtat orando legẽdo

meditando loquendo comedendo vigilãdo: dormiẽdo: Misericordia ⁊ pietas tua restauret perdita: remittat mihi debita. cumulet merita. acquiret mihi bona sine fine mãsura: Gratia ⁊ virtus tua illustret meã mortem. repellat meum hostẽ: eruat me de manu inferi: ⁊ perducat me ad gaudia paradisi. Amen.

Oriona in vicesimo secũdo loco.





Vidi ſpecioſam ſicut colũbam aſcẽ-
dentem: ꝛ circũdabant eam floꝛes
roſaꝝ ꝛ lilia conualliũ. Merito do-
mina ſpũs ſanctus tuũ aſcẽſum
in hoc ṽbo ammiratur. Tu ſiquidem es pul-
chꝛa fide: ſpecioſa facie: decora mente: formo-
ſa ſanctitate. ſimplex et candida velut colũ-
ba. in anima omni mũdicia et innocencia
dealbata. quam circũdant aſtra lucẽtia an-
geloꝝ ꝛ apoſtoloꝝ: roſe fragrãtes martyꝛũ:
viole redolentes confeſſoꝝ: lilia candida vir-
ginum. Eſt autem rationabilis condecen-
tia: Nam puritas tua excedit innocenciã
angelicam. ſapiẽtia tua apoſtoloꝛum intel-
ligentiam: conſtantia tua martyꝛũ tolerã-
tiam: pꝛudencia tua confeſſoꝛũ ſolerciã: caſ-
timonia tua virginũ continenciam. Quis
enim angelus ſic in diuinis rapitur. Quis
apoſtolus ſic in amore ſuccenditur. q̇s mar-
tyꝛ in patiendo conſtancioꝛ: quis confeſſoꝝ
in opere ṽtuoſioꝛ: que virgo aut ſacta femi-
na in caſtitate mundioꝛ: Idcirco cum tam
mirabilis exiſtas in om̃i gratia. volens mihi

illam a te dña comparare: preſento tibi orio-
nam ſtellam claram z ſplendidam. vt ea co
rona tua illuſtretur: z in loco viceſimoſecū-
do affigatur Eſt enim oriona ſtella ſplendi
da z pluuie diffuſiua Tu enim dulciſſima dña
fuiſti ſtella ſplendida cū deum fide cōcepiſti
ſplendidior cum poſt partum inuiolata per
manſiſti. z ſplendidiſſima cū in throno glo
rie ſuper choros angelorꝫ z archangelorum
exaltata fuiſti Et cum ſis dei area complu-
ta: celeſti rore imbuta: infundis nobis plu-
uiam gratie z deuotionis: pluuiam pñie z
contritionis. pluuiam doloris z lacrimatio
nis: pluuiam dulcedinis z conſolationis
O igitur nobilis z generoſa mater eterni z
increati v̄bi patris. que mūdo perdito ſub-
ueniſti per fructum ſaluificū ex inmacula
ta carne tua: per cādorem v̄gineū z rorē ſci
ſpiritus mirifice procreatum. O preclara
puella: in matrem ſummi regis ab eterno
z ante ſecula preparata: O regina ſplendi-
da. a ſpiritu ſancto in ſponſam omniū vir-
tutum monilibus adornatam a p̄mo dilu-
culo exoptata O opus mirificum a ſummo

conditore varietate mirifica mirifice cō pac
tum. totius ſanctitatis ⁊ pfectionis ſculptu
ra mirificenti⁹ decoratum: Ego indignus ⁊
vilis peccator licet pollutus viciis: maculat⁹
concupiſcentiis: inquinatus ſordib⁹. deuir
patus voluptatib⁹. inuolut⁹ tenebris: obſcu
ratus peccatis: vagus corde. inſtabilis men
te: maieſtatem tuam cupio extollere laudi-
bus: tua ſcā merita efferre preconiis: virtu-
tum ⁊ grāꝝ tuaꝝ inſignia titulis clarifica
re deuotis: Sed o tu domina que in tuo in-
ceſſu habes honeſtatem: in aſpcū venuſta-
tem: in manib⁹ libtralicatem: in oculis ve-
recūdiam: in labiis facundiam: in auribus
clementiā. prudentiam in verbo. ſanctita-
tem in animo. ſapientiā in pectore: diuina
archana in mente: v̄bum patris humanū
in ventre: totaq; omniū gratiaꝝ ornamen-
tis circūſtātiata: intus ⁊ extra rutilas deco
re p̄cipuo: Medere meis infirmitatibus: in
funde lumē ſenſib⁹. pect⁹ aridū perfūde vn-
ctione mirifica: ⁊ ōnia mea intima illumi-
natione glo̊ſa. vt ſic ſermones ſanctos ⁊ de-
notos tibi dn̄a proferā: ⁊ verba flāmantia

tuū amorem redolentia: tibi deuote cātem ⁊ pſallam. Tu enim domina es illa de qua ſcriptū eſt. dixit dn̄s fiat lux. ⁊ facta eſt lux. O lux pura: lux pulchra: lux illuminās celeſtia: illuſtrans terreſtria: terrificans inferna. lux reducens erroneos: letificans lāguidos exhilarans angelos: ⁊ omnes curie paradiſi ſanctos et iuſtos: O lux reuelans miſteria. detegēs abſconſa. radiās tenebroſa. noſtra maculoſa dilue: nrā ruinoſa erige: opacis ⁊ nebuloſis noſtris refulge Da infirmātibus ſoſpitatē: merentib⁹ iocunditatem: illuſtra peccatores ad pn̄iam. confidentes et ſperantes in te perduc ad gloriam ſempiternam. Amen.

Beryllus in xxiij. loco.





FAcies candelabrũ de auro puriſ-
ſimo: Tu dña virgo ſanctiſſima
candelabrum fuiſti: ſup qđ poſu-
it ſuã lucernã dei ſapientia: vt a-
miſſam quereret dragmã. te filie iheruſalē
attentius intuētur: vt currant in odorē vn
guentoꝝ tuoꝝ: in lumine virtutũ tuaꝝ Tu
menſa per diuine legis ſtudiũ ⁊ agnitionē
In te fuit propoſitio panũ per patrũ exem-
pla. ⁊ per bonoꝝ operũ exercitationē. Archa
fuiſti teſtamēti ꝑ glorioſam fecũditatē. thu
ribulũ dei aureũ per deuotionem orationis
quã totã incãduerat amor eternitatis. Vrna
ꝑ circũſpectionem. mãna ꝑ diuini partus
ſuauitatē. virga ꝑ regiam auctoritatē: Ta
bule teſtamenti ꝑ ſciencie plenitudinē: pro-
piciatoriũ per affectũ pietatis. In dei taber
naculo nihil erat quod nõ auro veſtiretur:
Sic ⁊ tu dña q̃ tabernaculũ es qđ ſcificat al
tiſſim⁹: tota fuiſti aurea quia caritate ple-
na Tu es ſtella maris: qꝛ ad te miſeri ſuſpi-
rant: ad te ſpũs angelici aſpirant: Duo che
rubin obũbrantia ꝓpiciatoriũ ſunt gabri
el archãgelus ⁊ iohãnes euangeliſta: ante

thronum tuū carmina laudis ⁊ glorie iubi-
lantes. de thuribulo aureo. id eſt de tuo pec-
tore virgineo. aſcendit fum⁹ aromatū in cō-
ſpectu dn̄i: quia ꝑ te que es mediatrix ⁊ ad-
uocata noſtra precipua apud deū: noſtra
defertur oratio: ⁊ per te propiciari nobis ei⁹
dignatur miſeratio. Idcirco vt dominū
pro me digneris intercedere vel exorare. illū-
qꝫ propicium mihi reddere: offero tibi beryl-
lum lapidem ꝓcioſum quo corona tua deco-
retur ⁊ in loco viceſimotercio ſituetur. Eſt
autem berillus lapis clarus ⁊ viridis: effica-
ciam hn̄s hominem gracioſum facere: ⁊ cō-
tra hoſtes inuictum reddere. Tu enim dn̄a
hunc lapidem quodāmodo repreſentas. Nā
ꝑ donū ſapientie fuiſti clara ⁊ ſplēdida nul-
la macula denigrata. nulla ſorde vnq̄ pol-
luta. nullo vicio contenebrata: ſꝫ ꝑ grām ſu-
perne illuminationis fuiſti velut quedam
emanacio dei oīpotentis. clara ⁊ ſincera in
qua nihil inq̄natū incurrit. Clara fuiſti in
aīā: in intellectu lucida. in corꝑe nitida: in
facie angelica. clara ad diſcernendum am-
bigua: clarior ad cognoſcendum miſtica:

clariſſima ad intelligendum ⁊ ſpeculandū diuina: Et quia eternam dei ſapientiā geſtaſti in tuo corpore humanatam: habeo venerationem inclitam: claritatem ꝑpetuam ⁊ gloriam incorruptā: Dei etiā grā qua fuiſti repleta. fecit te ſemꝑ virentē ⁊ viridē. producēdo germē iuſticie: flores innocētie. fructus miſcdie Tu enim emiſiſti folia bone voluntatis: lilia caſtitatis. violas pietatis. roſas patientie ⁊ vtutis. poma ſcē ⁊ ꝑfecte caritatis: Ex habundantia etiā tue pietatis ⁊ ⁊ miſcdie tuos ſeruientes ⁊ in te cōfidētes facis ꝑ bona opa deo ⁊ angelis gratioſos ⁊ placidos: ⁊ contra impetū demonū ꝑ fidei ꝯſtātiam ſtare fortes ⁊ inuictos. celeſti glā ⁊ corona premiandos. Amen.

Camomilla in viceſimoquarto loco.





Fecit rex ſalomon thronū de ebore
grandem: ⁊ veſtiuit eū auro ful-
uo nimis: qui habebat ſex gradꝰ
Salomon enim noſter chriſtꝰ rex
pacificus: ſapiencia ſingularis: ⁊ mirabilis
gloria ⁊ potencia thronū ſibi edificauit: tuū
videlicet virginalem vterū. in quo ineffabi
lis illa maieſtas requieuit. Thronꝰ eburneꝰ
nota. fuiſti: quia tria ſūt in ebore que pleniſſime
fuerunt in te Eſt enī mirabil' cādoris: natu
re frigide. ⁊ de caſto naſcitur elephan te Ita
⁊ tu glorioſa fuiſti. quia ab ōni pollutiōe ſe-
gregata ⁊ frigidiſſima ab eſtu carnalis cō
cupiſcentie elongata. de caſtris patriarcha
rum amplexibꝰ generata. Grandis ideo di-
ceris: qꝛ ⁊ ſi multa in creaturis dei magna
ſunt. nihil tū tā magnificū fecerūt oꝑa digi
toꝝ dei Auro fuluo veſtiris. qꝛ puriſſimo ſa
piētie nitore coloraris Sex gradꝰ throni ſūt
ſex oꝑa mīe: quibꝰ tu v̄go glorioſa plena exti
tiſti: que oꝑa in tuo bn̄dicto filio expēdiſti:
Nam ipm̄ eſurientē pauiſti: lacte virgineo
potaſti: cū nō haberet vbi caput inclinaret
in thalamo tui ventris excepiſti: Nudū pā
nis inuoluiſti: infirmūqꝫ vagientem ſacro

vbere recreasti.: carcere nr̄e mortalitatis po
situm nutristi ⁊ refouisti. Due manꝰ thro-
num complectentes due vite sunt: scilicꝫ ac
tiua et contemplatiua: que in te cum chari
tatis cathena cōiunguntur. Duo leones sūt
gabriel archangelus ⁊ johannes euangelis
ta: quoꝝ alter dextere tue. alter sinistre cus-
tos deputatus est. Leones dicuntur propter
rugitum altissime vocis: quoꝝ vnus dicit.
Aue gracia plena dn̄s tecum bn̄dicta tu in
mulieribꝰ. Alius In principio erat v̄bum
Vere non non simile opꝰ in omni creatura
compositū: q̄ illud transcēdit ordines āgelo
rum. Ideo reuerēdissima dn̄a excellēs ⁊ trās
cendēs oīa: tanq̄ꝫ nobilissime imperatrici pro
misi tibi coronam fabricare: non qualē de-
cuit. sed qualem mea exiguitas inuenire vl'
cogitare potuit In cuiꝰ loco vltimo restat lo
care camomillā pro eiꝰ congruo cōplemēto
Est aūt camomilla flos candidus spericus
⁊ rotundus. odore gratus: quodā in medio
sui aureo nodulo decoratus Huic dn̄a con-
grua similitudine comparo. Nam in aīa
es dealbata ꝑ innocenciā. in cōsciētia mū-
da ⁊ nitida per fidem rectā. in corpore cādi-

da ⁊ decora p̱ caſtitatem v̓gineam. Ideo vt regina ſpecioſa ſicut columba lilijs v̓gineis circūſtipata: vna cū eis cantas canticū nouū: ante agnū ſuper montem ſyon ſtantē: ſuper thronū patris ſedentem: qđ nemo cantare poteſt niſi in albis ābulātes. nomē agni ⁊ patris ei⁹ ſcriptum habētes in frontib⁹ ſuis: Quia aūt vt dr̄: veritas nō querit āgulū/propter veritatem ⁊ māſuetudinē et iuſticiā pro q̇b⁹ mirabilit̓ te chriſti deducit dextera: dicta es rotūda nō angularis. ſed ⁊ tuarum v̓tutū fragrantia ſupat oīa genera aromatū Odor tue pietatis ⁊ miſericordie ſuper thus ⁊ balſamū: redolētia tue charitatis ⁊ amicicie vincit ſuauitatē oīm vnguētoꝝ In medio tui pallore aureo rutilas: quia ſapiētia cordis tui eſt ſpecioſior ſole: prudencia pectoris tui eſt ſplendidior luna: tui intellectus ſciencia ſup oēm diſpōnem ſtellarū rutilat decore mirabili. Nec mirū ſi fulgeo ⁊ rutilas ſapientia: cū ſempiternam ſapientiam dei patris in tuis caſtis viſcerib⁹ de ſpū ſcō conceperis. ipſamq; carne velatā in ſalutem nr̄ām mūdo protuleris: hec enī

ſapientia incarnata eſt lux vera mūdū illu
minans: peccatores ſaluans: celeſtia irradi
ans: hoīes ⁊ angelos perpetuis federe ꝯnec-
tens ⁊ copulans Igitur de hac corona quā
tibi mater dei virgo perpetua pollicit⁹ ſum.
me dixiſſe hucuſq; ſufficiat: Et ſiquid bene
⁊ prout materie cōpetit dicere potui. illud di
uine gratie tuiſq; meritis aſcribo: que non
min⁹ recte ſeu min⁹ caute protuli: mee impe
ricie imputo atq; peccatis meis Et q: tantā
maieſtatem indigne contrectaui. veniā pe
to. Indulge piiſſima dn̄a penitenti ⁊ ſuppli
canti. te non ex malicia offendēti ſed de tua
benignitate p̄ſumenti: cū ſis regina miſeri
cordiarū: aduocata pctōꝝ: excuſatrix crimi
nū. defenſatrix pupilloꝝ: que in ſede imperia-
li reſidens cum vnigenito tuo domino nrō
iheſu chriſto regnas: laudanda ⁊ glorificā-
da per infinita ſecula ſeculorum. amen.

Explicit corona miſtica beatiſſime virgi-
nis marie. Nouiter impreſſa Antwerpie. ꝑ
me gerardum Leew. Anno nrē ſalutis M.
CCCC. xcij. die vj. menſis octobris.



ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO

INC
1532